13
7 I
5
13-3-h. 10

IVLII

RONDELINI

PRÆLECTIONES ALIQVOT EX TRACTATV Editionis inſtrumentorum,

Quas in Aemylij Ferretti auditorio paulò poſt eius obitum inchoauit.



LVGDVNI,
Apud Mathiam Bonhomme.

M. D. LIII.

Cum Priuilegio.



ΕΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΙΜΥΛΙΟΥ
φεῤῥέττου ἄγαλμα, δίστιχον Πέτρου
τοῦ προμάχου.

Γνήσιον Αἰμυλίου φεῤῥέττου ἐν εἰκόνα ὄπτει·
Εἰκὼν μὲν σιγᾷ, αἰμύλος ἀλλ᾽ ὅδ᾽ ἔην.

IN MAGNI AEMYLII FERRETTI
effigiem, diſtichon Petri
Anteſignani.

Natiuam Aemylij Ferretti en icona cernis:
Muta quidem eſt icon, hamylus aſt u erat.

CVM iamdudum conſtituiſſem nulli aut labori, aut ſumptui parcere, vt eorum nihil prætermitterẽ, quæ Æmylij Ferretti I. C. clariſsimi nomen illuſtrius quoquomodo reddere poſſent: paucas Iulij Rondelini prælectiones ſtatim poſt obitum Æmylij Ferretti inchoatas, excudendas curaui: licet id bona authoris gratia nunquã mihi licuerit. Nanque intellexeram non ſolùm eum multis orationibus publicè de præſtantiſsimi viri induſtria, doctrina, moribus diſſeruiſſe, verùmetiam nullius veritum aut potentiam, aut audaciam, quorũdam petulantiæ, quæ ne morte quidem tanti viri compeſci poterat, fortiter reſtitiſſe. Itaque ſperans Iulij noſtri teſtimonium eò plus ponderis apud omnes habiturum, quòd & à laudato proficiſcatur, & tãtùm abſit ab adulatione, quantùm abfuit à neceſsitate, non potui hæc apud me diutiùs retinere: nõ tã me hercule ipſius authoris cauſa, à quò profectò maiora ſperanda ſunt, quàm Æmylij Ferretti omni laude digniſsimi nomine, cuius manibus meam & induſtriam & pecuniam dicaui. Vale.

Priuilege.

VEVE par nous Lieutenant general pour le Roy en la Seneſchauſée & gouuernement du Lyonnoys, la requeſte à nous preſentée par Macé Bonhomme Imprimeur de Lyon, contenant qu'il auoit recouuert quelques lectures de Iulius Rondelinus, ſur le tiltre, De Edendo, *qu'il feroit volentiers imprimer & mettre en lumiere: mau craignant, apres auoir faict les frayz & miſes, que quelque aultre Imprimeur ou Libraire ne les feiſt reimprimer, au moyen de quoy demeureroit fruſtré des frayz qu'il auroit fait: nous ha requis auoir eſgart à faire deffenſe à tous Imprimeurs, Libraires & aultres ne les imprimer de tel tẽps que nous aduiſerons, affin qu'il puiſſe retirer ſes deniers. Ce conſideré, luy auõs permis les imprimer. Et par la preſente faiſons deffenſes à tous Libraires, Imprimeurs ou aultre de ceſte Seneſchauſée, qu'ilz n'ayent à faire imprimer, vendre ou diſtribuer en ladicte Seneſchauſee deſditz liures ſans le conſentement dudict Bonhõme: & ce pour le temps & terme de trois ans conſecutif, à commencer du iour & datte de la preſente, ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & d'aultre amende arbitraire. Et ne ſera tenu ledict Bonhomme faire aucune ſignification aux Imprimeurs Libraires ou aultres de noz dictes permiſsion & deffenſe, ſinon d'inſerer leſdictes permiſsion & deffenſe à chacun deſdictz liures pour ſeruir de ſignification. Faict à Lyon le dixneufuiéme Septembre. 1553.*

I.1.Tignac.

IVLIVS RONDELINVS MASSILIENSIS ERVDITISSIMO ET FACVNDISSIMO HENRICO VETERI,

DOMINO DE REVESTO

S. D.

EORVM MVNVS QVI IVS ciuile profitentur, vir ornatiſsime, cæteris iuriſconſulti officijs præſtantius, & pulchrius eo nomine iudicaui, quòd ſiue alteri caueas, ſiue iudices, non tam tibi quod probes, quàm quod alij ſenſerint, ſequendum ſit: in profitẽdo verò, nullis cancellis circunſcripta opinandi libertas, nec receptis illis opinionibus, quas communes vocant, cõcluſa, ſuauiſsimos cuique cogitationum ſuarum fructus, minimè contaminatos, percipere ſinat. cuius muneris præſtantia inuitatus, quoties per otium licuit, publicè locum aliquem Pandectarum, aut Conſtitutionum Imperatoriarum lubenter interpretari ſum ſolitus, tum vt ingenij vires alerem, tum vt induſtriam noſtram (quam perexiguã eſſe ſentio) exercerem. id dum attentè facio, re ipſa comperi (meam enim ſententiam aperiam, quam tibi potiſsimùm probari cupio) non ſolùm vtiliorem hodie interpretis eſſe operam, magiſque neceſſariam, quàm olim, quum nondum à puritate, & ſynceritate ad hanc ſpurcitiem, & fœditatem perueniſſet ciuilis diſciplina, ſed etiam longè grauius, ac moleſtius eſſe profitendi onus, quàm hactenus fuerit. cœpit enim paucis abhinc annis auditor præter vtriuſque iuris penitiſsimam cognitionem, ſplendorem verborum, pondus ſententiarum, ornatum orationis, puritatem traditionum deſiderare: veterum morem, barbariẽ, tædioſas concertationes, calumnias prorſus faſtidire: vt nemini mirum debeat eſſe, ſi hodie in multis profitendi audaciam reprehendamus: in pauciſſimis præſtandi facultatem cernamus: cùm ſuperiora ſecula multos tulerint, qui etiam cum mediocri iuris ciuilis cognitione, magnam apud ſuos gloriam hac via inuenerint. Nanque rudis & im-

polita quondam ſchola nihil huiuſmodi curabat: nugaciſſimarum plerunque lectionum ſpatia ferebat:illud vnum laudabat, quòd profeſſor in nugis multum temporis conſumpſerat: qui ſi paulò liberalius educatus, primis, quod aiunt, labris honeſtas diſciplinas attigiſſet,& inde locum aliquem depromptum, diſputationi ſuæ inſeruiſſet, Oratoris & diſerti nomen à ſuis ferebat. erât enim tum hæc noua, incognita, & pauciſſimis percepta: omnis elegantia contempta, neglectaque iacebat. At hodie lenocinio verborum, nitore narrationum, colore ſententiarum inuitandus, ac retinendus eſt in ſcholis auditor: qui non niſi aptè, latinè, appoſitè, acutè de rebus ciuilibus differentem laudare poteſt. Quo effectum eſt, vt Andreæ Alciati, Amylijque Ferretti(qui nuper in hoc profitendi munere floruerunt) dictata longè terſiora, ac puriora legantur,quàm veterum:apud quos nec Grammaticis, nec Hiſtoricis, nec Rhetoribus, atque ipſis Pandectis (vt vno verbo omnia complectar) ſaluus ſuus honos erat. hæc autem miſcellanea eruditio, & variarum rerum cognitio, quin multum laboris hodie profeſſoribus afferat, obſcurum eſſe nõ poteſt: cũ feliciter in omnibus verſari, vix natura concedat: nec tamen impunè quicquam ignorare liceat.rebus ipſis intentus eſt veteranus: verba obſeruat tyro:ille non minorem diligentiam deſiderat in his quæ obiter dicuntur,quàm ſi ex profeſſo tractarentur: ille nihil otioſum eſſe vult, ſed omnia aliquò intenta. Denique ſi alicubi dormites, ſi labaris, ſi hæreas, quanuis in minimis, alicuius neceſſe eſt te incurrere reprehenſionem ex his, qui in te oculos coniectos habent: adeò vt affirmare non dubitem, nihil difficilius, nihil homine omnibus numeris abſoluto dignius,nihil ad propagandum nomen aptius hoc vno munere poſſe reperiri, ſi quis diligenter, non perfunctoriè illud obire velit. Quæ cùm ita ſint, mirari mecum ſoleo, cur ex noſtris hominibus non ita multi in eo excelluerint: ita vt quæ inde manat gloria, vix adhuc in Galliam tranſlata, aut Gallis ſaltem communicata videatur: præſertim inter tot beatiſsima ingenia, quorum hæc regio feraciſſima eſt.habet illa, ſi humaniores literas intuearis, quicquid olim penes Græciam, aut Italiam fuiſſe creditur: ſi Theologiam conſideres & ſacrorum librorum interpretes, hanc excellere facilè concedes: nec copia Iuriſconſultorum & eruditiſſimorum, & præſtantiſſimorum vlli profectò cedit. qui verò ſe ad profitendum, docendumque ius ciuile contulerint, paucos admodum, ferme nullos

los inuenias,ſi cum Italia conferatur.cuius cauſa non alia fortaſſe fuerit,quàm quòd illa ſemper contemnantur, quæ in pretio non ſunt. Cùm itaque nec præmijs, nec gloria prouocentur eruditi ad hoc munus amplectendum, facilè ſe aliò transferunt, nec in eo excellere curant.Exemplum tu nobis ſuppeditas, in quo huiuſmodi ſunt omnia, ſiue ingenij,vim ſiue orationis ſplendorem, ſiue rerum omnium copiam quis conſideret, vt facilè in eo genere primas tenere potuiſſes, niſi eorum nemini, qui in iudicijs agunt, forenſi gloria cedere, & Neſtorea voce atque prudentia tuis ciuibus adeſſe maluiſſes, maiore fructu, non minori gloria. Vt autem ad me redeam, quum poſt obitum Æmylij Ferretti, titulum primum libri ſecundi Codicis, qui de Edendo inſcribitur, è ſuggeſtu pro more interpretatus fuiſſem, meáſque quales quales annotationes quibuſdam, qui me tum familiariter vtebantur,legendas dediſſem, cognoui deſcriptas cuidam Bibliopolæ,vt excuderentur, venditas fuiſſe.Id ego vt debui,moleſtè tuli, tũ quia iuſtis lituris nihil caſtigatum erat, tum quòd minimè neceſſaria hæc mihi videbatur editio.ſunt enim in hoc argumenta, ne mihi blandiar,nimiùm fortaſſe multa ſcripta: & reſcindi ingentem illam librorum ſyluam, quam produci longè ſatiùs duco: cùm nihil attineat eadem toties interpollata,legenda exhibere.Non potui tamen impetrare, quin ex multis, libellus hic quaſi naufragus vndis popularibus committeretur,quem tibi dicatum eſſe volui: nõ tam vt te patronum ſentiret, ſi quis calumniari vellet,quàm vt intelligeres nos in tuo nomine facilè acquieſcere. In multis diligentiam requires: verùm illud ſubinde cogitabis, maiorem non licuiſſe per varias occupationes adhibere. quòd ſi in cumulandis interpretum nominibus, (quo nihil facilius hodie in tanta lexicorum, repertoriorum indicum copia) peccauimus: id iudicio, non errore factum eſt, vt quorundam ſtolidas reprehenſiones effugeremus, cum quibus, hæc publicè tractantes,luctabamur. Vale.Auenione, pridie Calend.Nouemb.

IVLII RONDELINI MASSILIENSIS IN TITVL. De Edendo, QVI PRIMVS EST LIBRI SECVNDI CODICIS. ENARRATIONES.

EPITOME.

1 *Ordo iudiciarius à christianiſſimis Frãcorum Regibus in pleriſq; limatus eſt, & plura hîc enarrantur reſecata.*

Pleraque deciſionem cauſarũ reſpicientia cùm conſtitutionibus tũ moribus in deſuetudinem abierunt.

2 *Continuationum ratio optimo conſilio ſummaq; vtilitate ab authore recipitur.*

Memoria in Iure Ciuili ſummoperè neceſſaria.

Tullius memoriam propriam Iure conſulti eſſe voluit.

Ius publicũ verſatur & in ſacerdotibus & magiſtratibus.

3 *Continuatio huius tituli explicatur.*

4 *Actor olim reo moribus diẽ ſignificabat nullo iudicis iuſſu præcedẽte, vt in ius veniret, & quis huius moris author.*

Theodoſiana ſanxit conſtitutio, ne quis iniuſſu iudicis ad iudiciũ traheretur: quæ omnia legibus, pauca iudicibus, priuatis verò nihil permiſit: quæ & ad ciuilia iudicia extenditur.

Libellus quid ſit, & cur edẽdus ſit.

5 *Citatio nullo porrecto libello an valeat, & pro citatione præſumitur.*

Citatio eſt actionum initiũ & non libelli oblatio, & in quibus differãt citatio & libelli oblatio.

Citatio an vitiũ litigioſi inducat, & an iudicij appellatione libelli oblatio comprehendatur.

6 *Actionis editio, libellique oblatio preparatoriorũ primã ſedẽ ſibi vendicant, quæ parti & non*

iudici eduntur.

Pecuniæ,bellorum ac litium nerui creduntur.

7 Præparatoria quæ in iure noſtro dicantur.

Teſtes an ante litem conteſtatam recipi poſsint.

8 Editio inſtrumentorum ac cætero rum, quæ in iudicio fidem præſtant,quando fieri debeat.

9 Editio inſtrumẽtorũ,actorum, & rationum an hoc in titul.princi paliter, vel in conſequentiam tractetur:& patet autho. elegans explicatio.

10 Ordinis cauſa an hoc in titulo per peram deſideretur.

Ceſsionarium ſe aſſerens libello,an inſtrumentum ceſsionis producere habeat,& cur.

Prælato agenti eccleſiæ nomine incumbit ab litis exordio Tituli vel poſſeſsionis iuris probatio.

11 Inſtrumentum, cuius tenor libello legitur, an ante litem conteſta tam ſit exhibendum: & id du pliciter explicatur.

12 Teſtamentum,inſtrumentum,ſententia quando præſumantur eſſe apud hæredem, creditorem, & victorem: & quando præſumptio ceſſet.

Inſtrumẽta in iudicio produci aut offerri non ſufficit: niſi ad hæc aduerſario citato.

Iaſ.explicatio etſi multorum ſententia iuuetur, ab autho.tamẽ refellitur.

13 Editionis cauſa multiplex,& quæ ab autho.felicius quàm alibi hîc explica. quarum prima iudici fit:& cur.

14 Editio alia aduerſario fiet,& cur: & quæ ſit huius titul.propria.

15 Triboniani ordo à nõnullis damnatus vti præpoſterus, ab autho. defenditur poſt Bart.

Citatio non ſolius iudicij eſt præparatoria,ſed neceſſaria potiùs ad cuiuſlibet actus quocunque tempore explicationem.

Ordo prioritatis nõ ſpectatur in ijs quæ miſtim & coniunctim fiunt.

16 Titu.ad exhib.cur titulo rei vend. præponatur.

17 Gerundium an ſignificet neceſsitatem:& vide rationes:& quid de participio,& ablatiuo.

18 Titulus de edendo cur potiùs fuerit conceptus per gerundium, quàm per nomẽ: & an hæc differant.

Tabellio concipiens ſolutionem per gerundium,vbi nulla numeratio interuenit, an magis incidat in pœnam falſi, quàm ſi per nomen,autho. elegãs explicatio.

Accuſans quempiam quòd vim attuliſſet vulnerando,an vim & vulnus in iudicium deduxerit

xerit. hoc axioma ineptum dicit auth.

19 *Actio ad exhibendum an neceſſariò rei vendicationem præcedere debeat, adeò vt ſub eodem iudice hæc ſint terminanda.*

Iudex præparatorij an ſit iudex præparantis: cuius cauſam ſumit. & vide rationes.

Iudex eccleſiaſticus an laicorum fieri poſsit iudex competens ratione præparatorij.

Prætor vti Romæ, ita præſides in prouincijs iudices dabant.

20 *Titulus de Edendo, & titulus de Libell. oblat. & titulus de Fid. inſtrumentorum, & amiſsione eorum, in quo inter ſe differant.*

21 *Edere nihil aliud eſt, quàm demonſtrare, & copiam legendi atque deſcribendi facere. edendi ſignificationes Grammaticis relinquit auth.*

RONDELINVS.

QVI luctu, aut ægritudine premuntur (viri humaniſſimi) ſi minus ratione, ſaltem varijs remedijs, atque ſolatijs illam aut minuere, aut tollere ſtudent. Itaque alij peregrinatione & cœli mutatione ægrotorum more, alij oblectatione, nouis exquiſitisque voluptatibus animum à mœrore ad hilaritatem traducere conantur: nonnulli ſolitudines petunt: plerique ad alia ſtudia ſe transferunt, & noua cura, animi carnificem illam perturbationem extrudere tentant. Felices illi quidem, qui omne in ſeipſis præſidium collocant, nec aliunde pendent, qui dolori imperant, & ſola ratione, atque fortitudine aduerſus mœrorem armati tutique ſunt. Verùm cùm vix quiſquam inter mortales, tanta præditus ſapientia inueniatur, qui aliorum ærumnas dictis alleuans, non idem clade frangatur ſua, ſi fortuna (vt ille ait) mutata in eum impetum conuertat, plerunque ad alia remedia quamuis extranea confugiendum eſt, opinioni cedente ratione. Quorum profectò ſi quis vſus, ſi qua vis ſit, nunc mihi experiundum: qui me ad eum ſapientiæ gradum nondum perueniſſe

agnoſco, vt poſſim hominis(cuius nomen reticere dolor cogit) & eruditiſsimi, & optimi, & amiciſsimi mortem non iniquè grauiterque ferre. Cùm igitur ex repentino & acerbiſsimo illo caſu tantum doloris nuper contraxiſſem, vt ſine ſenſu, ferme marmoreus (quod de Niobe narrant) attonitusque iacerem, adeò vt lux quoque ipſa ingrata, ac inſuauis eſſet, ſtuporem autem hunc meum paulatim dies excuſſiſſet, quaſi ex longo ſomno excitatus, ad me redire cœpi: mihique doctorum hominum, quæ de conſolatione circunferuntur præcepta adhibui: nihil non tentaui, vt tandem aliquando honeſti deſiderij mei modum inuenirem. Verùm cùm nihil proficerem, vim quoque remediorum vis morbi ſuperaret, decreui magno aliquo ſtudio & occupatione me primùm ab otio vindicare: deinde à tanta calamitate cogitationem auocare. Cui meo propoſito nihil aut aptius aut accommodatius eſſe iudicaui, quàm ſi vobis obſecutus, ad enarrandum locum aliquem Iuris Ciuilis, me totum dederem, vt partim eorum beneuolentia, qui ſe his noſtris nugis delectari mihi perſuaſerunt, partim nonnulla ſpe gloriæ, partim ignauiæ metu excitatus, omnes animi neruos in eam vnam rem intenderem, & ægritudinis vias (quæ in otioſos potiſſimum tyrannidem exercet) præcluderem.

Hoc meum conſilium fuit, cui euentus malè reſpondet. præter ſpem etenim eueniſſe nunc video, vt vnde remedium petierim, maiorem excitauerim dolorem, oleo atque pice ignem flagrantiſſimum reſtinxerim: ſentio enim quodammodo recrudeſcere vulnus. Quàm multa hîc concurrunt, quæ digni immortalitate viri deſiderium incendant? quæ nos de clariſſimo viro acriùs, attentiusque cogitare compellant, quàm ſola memoria hactenus fecerit? quæ non ſolùm præclarè illa dicta, ſed hominem totum oculis repræſentent? Quis ſine lachrymis hoc Æmylianæ eloquentiæ, & eruditionis theatrum intueatur? quis hac vna ſeſſione non conturbetur? quis noſtrum huc aſcendentem videre, doctas illas voces, eloquentiam, paternas admonitiones, ſibi audire non videtur? vt iure optimo verear, ne multoties cogitantem me remorentur ac impediant, dicentē verò

rò interturbent, & de rebus difficillimis diſputantem interpellent.

Nihil tamẽ æquè perturbationem hanc meam auget quàm veſter luctus, veſtra, aut (vt verius dicam) noſtra calamitas: quę oculis meis à nobiliſſimo hoc cœtu oppoſita facit vt nunc demum intelligam. iuſtiſſimum noſtrum luctum iniuſtiſſimam cauſam habuiſſe. dolebamus enim tanta virtute, tanta doctrina, tanta (ſi qua eſt inter humanos) felicitate præditum hac luce, noſtra totque bonorum conſuetudine orbatum fuiſſe. At nunc ſentio noſtram cauſam luctu fuiſſe digniſſimam, & cum illo præclarè agi iudico, nobiſcum peſſimè, quibus tanto viro carendum eſt.

Hoc cogitaſſe diuinum illum animum, nunc mihi in mentem venit: qui paulò antequam è viuis excederet, nulla de re æquè ſolicitus viſus eſt, quàm de auditoribus ſuis: & qui nihil iam terrenum ſapiebat, omni & vitæ, & reliquarum rerum cupiditate ſolutus, à vobis oculos auocare non poterat. Videbat enim in cœlum ſibi patere aditum: feneſtram magnam à morum integritate, fide, pietate eximia, ſingulari bonitate apertam eſſe: ſe immortalitatem cum breui vita & momentanea, ſummam perpetuamque felicitatem (ſi verum agnoſcimus) cum multis miſerijs commutare: ſuam denique ſortem, optimam propter conſcientiam benefactorum iudicabat. At cauſam veſtram miſerrimam deputabat, quam nobis non doctore, ſed parente optimo iamiam carendum proſpiciebat.

Hinc illud deſiderium, hinc illa ſolicitudo naſcebatur, ô nimium infelices nos, quibus in tam ancipiti & lubrica virtutis via, in tantis tenebris ſol ille probitatis & doctrinæ extinctus eſt. ô verè fallacem (vt Tullius ait) hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe frãguntur & corruunt, & antè in ipſo curſu obruuntur, quàm portum conſpicere potuerint. ô fata crudelia, & ſupra modum nobis inuidentia, quæ nulla pietate flecti, nullis precibus moueri, nullo denique fletu retardari potuiſtis.

Sed quid hæc fruſtra accuſamus, cùm ſurda ſint? Quorſum his querelis aduer-

ſus moriendi neceſſitatem, quaſi, Gigantũ more, aduerſus Deos pugnamus? Poſtquam igitur nihil promouemus, niſi fortè aliquid ſit iuſtum vrentemque dolorem euomere, ad id vnum confugiamus, quod deſperatis in rebus vſurpatur: vt ſcilicet patientia noſtra leuius reddamus, quod corrigere nõ poſſumus. Cogitate obſecro, hunc nobis nõ datum, ſed creditum fuiſſe: ſimul bona veſtra enumerate. Quamuis enim multa quæ doleatis in tantis malis habetis, non pauca tamen ſunt quibus gaudere poſſitis, maximè ſi cum his conferamini, qui nunquam hunc viderunt: hunc inquam, cui pudor, & iuſtitia, & fides incorrupta, & nuda veritas nunquam inuenient parem: aut ſi viderint, ſaluberrima præcepta, exuberãtem eloquentiam, acutiſſimas de Iure Ciuili diſputationes audire non licuit: nunquam ſanctiſſimum illud oraculum ſciſcitari, nunquam cum eo colloqui fortuna permiſit. Quo vno nomine, veſtrum nemo non ſe fortunatiſſimum ac feliciſſimum putat. Erigamur igitur, & hac ſtudiorum communicatione, qualis qualis ſit, præclarè illius dicta factaque (poſtquàm aliud non poſſumus) in memoriã reuocemus, extollamus, imitemur: vt veros hæredes eorum quæ non fortunæ, ſed Æmylij propria fuerunt, cæteri agnoſcant. Hoc ille facere nos vult: nec dubito quin ſi illius manes hæc vident, nihil pulchriùs, nihil delectabiliùs hac noſtra contentione ſint aſpecturi. Plura equidem quàm decreueram: pauciora tamen quàm veſter meuſque dolor poſtulare videatur.

Nunc pauliſper ab his cogitationibus animum ſeuocemus: & quod nobis propoſitum eſt argumentum, quanta fieri poterit diligentia tractemus: cuius commendationem pluribus verbis perſequerer, eorum more qui ab vtilitate & vſu audientium animos ſibi conciliant, ſi quid neceſſe eſſet. Omnibus quippe perſuaſum iamdudum arbitror, nihil è iure ciuili depromi poſſe, quod non & vberrimum, & ampliſſimum, & cognitione digniſſimum ſit.

Cæterùm illud vnum prætermittere nolo, quòd cùm nihil ferme hodie ex his immutatum † remanſerit, quæ ad iudiciarium ordinem pertinent, his potiſſimum locis quæ Chriſtianiſſimi Francorũ Regis imperio ſubiacent (quales ſunt cautiones de lite perſequẽda vſq; ad ſen

ten

tentiam, de ſoluendis expenſis, de decima totius litis præſtanda, ex authentica generaliter, C. de epiſcopis & clericis: item quæ de finienda inſtantia traduntur in l. properandum, in fi. de iudic. aut de primo & ſecundo decreto dicuntur: aut de ordine exequendę ſententiæ, præſcripto in l. à diuo Pio de re iudicata: vt pleriſq; placuit, in forenſibus negotijs bene exercitatis: aut quę cōſtituta ſunt de iuramēto calumniæ, teſte Rebuffo in proœmio conſtitutionum Regiarum in gloſſa quinta, numero quinquageſimo, licet diſſentire videatur Maſuerius in titulum de dilationib. nume. vigeſimoquarto. Quemadmodum & pleraque alia deciſionem cauſarum reſpicientia: quæ partim conſtitutionibus, partim moribus, in deſuetudinem abierunt, vix tamen quicquam quod ſciā noſtro tractatui ſit derogatum, ſiue iudiciorum inſtitutionem reſpicit, hoc eſt, actionis editionem ſiue ad progreſſum iudiciarium referatur, hoc eſt, inſtrumentorū, actorum & rationum, aliarumq; ſcripturarum exibitionē. Porrò vt ad rem deueniamus & eorum, quę cum vtilitate aliqua dici poſſunt, nihil prætermittamus, ſciendum eſt præcipua cura à noſtris cauſam inueſtigari, cur cùm ſuperiore libro de ſacroſanctis eccleſijs, earum adminiſtratoribus, de iure præthereà publico non pauca Iuſtinianus tradidiſſet, repentè ad editionum tractatum proſilierit, de qua à multis nimis anxiè diſputatur: à nobis breuiter dicetur. Idq; faciam & audaciùs, & libentiùs, ſi me aduerſus præiudicatam multorum ſententiam præmuniero: qui has inueſtigationes omnino reiecerunt, totumque hoc genus diſputationis quaſi inutile, ineptum, & ridiculum exploſerunt: in eo primùm grauiter peccantes, quòd ſe erga vetuſtatem (quæ magnis tenebris aliquid lucis afferre conata eſt) parùm gratos ſe præſtant. deinde quòd perabſurdum ſit rē, ſi minus neceſſariam ſaltem perutilem damnate propter eorum culpā qui fortaſſe non eo, quo par erat modo, eam tractārunt.

Nos certè, ne longùm faciamus, ſic ſtatuimus optimo conſilio, magna cum vtilitate, continuationum † veluti leges inuentas traditaſque 2 fuiſſe: quas nunquam reprehendendas, ſæpe etiam laudandas putaui. Quis etenim iure id reprehendat, quo memoria firmior redditur? cùm in omnibus & artibus & diſciplinis, tum maximè

in Iure Ciuili,in quo maximè diuinum hoc memoriæ donum neceſſarium eſt, ſiue themata & exempla intuearis,circa quæ verſatur,ſiue artis prolixitatem, cui vlla vix ætas ſufficit,cōſideres:ſiue opinionum,diſſentionum, altercationū ſyluas ſpectes:quę neceſſariò cum ingenti fatigatione pergrandes ſunt. Vt non immeritò Tullius cum Dialecticis acumen,Philoſophis ſententias,Poëtis& Grammaticis verba,Tragœdis vocem adſcripſiſſet,Iuriſconſulti memoriam propriam eſſe voluerit, nō quòd reliqui ſine ea quicquam laude dignum conſequi poſſint, ſed quia in Iuriſconſulto eam excellere atque exuberare oporteat. Hæc autem cùm facillimè labatur,ecquid vetat aliquid pręſidij ei adferre? Viderūt opinor maiores noſtri nihil conducibilius iuris ſtudioſo eſſe poſſe,quàm ſi omnes titulos, omnes rubricas, hoc eſt ſumma rerum capita,animo inſculperet:vt infixis omnibus principijs,probeque inhærentibus,vniuſcuiuſque tractatus quaſi elementis in digitis quodámodo conſtituerent.Cùm autem vererentur ne nulla memoriæ vis tāto oneri par eſſe poſſet,nulla idonea tot rebus,tam varijs,tam ſparſis coniungendis, & complectēdis ſimul,ordinis quadam ratione adiuuandam putauerunt,partitionibusq; corroborandam. Itaque pulcherrimum hoc iuris corpus in partes aliquot diuiſerunt, quaſi in membra:rurſus vnamquamque partē in libros,& titulos, quaſi in articulos digeſſerunt: eos rurſus certa ratione coniunxerunt: cùm in ea re Triboniani diligētiam deſiderarent: & haud ſcio, an iure accuſare potuiſſent negligētiam, quò faciliùs rubricæ non confuſè,ſed aliquo ordine,&ratione ediſcerentur, & memoria fideliùs conſeruarētur. In eam ergo rem continuationum leges conſcripſerunt,quæ neceſſariæ ſint nécne, non multùm curo. nec vllo modo his aſſentior, qui pro illis quaſi pro aris, & focis decertant. hoc mihi abundè ſufficit, ſi aliqua ex parte probabiles memoriæ præſidio eſſe poſſint, quo nomine indigni veteres ſunt qui reprehendātur. Quare nemini vel moleſtum, vel ingratum erit, ſi de ordinis ratione pauca tradiderimus, maximè cùm ea diſputatione totius tituli vis planè excutiatur,multaq; proponantur quę neque citra negligentiæ culpam prætermittere poſſumus, neque commodiorem locum ſunt inuentura.

De magiſtratibus, qui iuri di-

cundo præſunt,præmiſſum opor
tuiſſe,nemo ferme diſſentit ſiue
quòd legibus cõſtitutis nihil ma-
ius ſit ipſis,per quos vigẽt,obſer-
uantur, tutæ ſunt ab improborũ
iniurijs & calumnijs,denique ef-
fectũ accipiunt,l.ij.§.poſt originẽ
de origi. iur. ſiue quòd præcipua
pars iudiciorum,de quibus dicen
dũ erat ipſe ſit iudex.gl.fin.in cle
men.j.de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct.
adeò vt ſi quid illi inſit initij, lon
gè maius atq; cõſpectius illud ſit
quàm quod alia iudicij parte con
tineretur:Anchar.conſ.ccxxj.cu-
ius initium de titulo criminũ:Fe-
lin.in rub.de for.com.Purpur.hîc
nume.13.ſiue(vt ipſe ſentio)quòd
portionem conſtituant iuris pu-
blici. illud enim in ſacerdotibus,
in ſacris,in magiſtratibus conſi-
ſtit,l.j. §.huius ſtudij,ff.de iuſti.&
& iu.de quo iure optimo priùs di
cendum fuit, quàm de iure priua
torum . atque hac ratione de ſa-
croſ.eccleſ.de epiſ.& cle.initio ſu
perio.lib.dictum fuit. Porrò cùm
eorum authoritas in finiendis pri
uatorũ concertationibus,iudicijs
exercẽdis maximè cernatur , l.æ-
quiſſimum,de vſufr. & quemad.
quis vta. l.j.§.inde quęritur:apud
Celſum.de no.op.nun.deiudicijs
poſt tractatum de magiſtratibus
ſubiunxit Tribonianus , idque ſi
non verè,ſaltem probabiliter di-
ci exiſtimo. Iudiciorum autem
nomine nihil aliud hoc loco ſi-
gnificamus,quàm forenſem ſtre-
pitum diſceptationem illam,quę
inter actorem & reum præſente
iudice verſatur.& licet inter lites
cauſas,& iudicia nonnullam dif-
ferẽtiam afferri ſciamus ab inter-
pretibus, in lege cauſas , infrà
de tranſactio . Hoc tamen loco
promiſcuè has voces vſurpabi-
mus,quòd ſi caput iudicij , libelli
oblationẽ & actionis editionem
conſtituimus, non potuit hic no-
ſter†titulus reliquos omnes non 3
præcedere,ſi iure & ratione hiſce
de rebus diſputandum fuit. Ale-
xander huic opinioni aſſentit, ſi
modò illam intelligimus de libel
lo qui non aduerſario, ſed iudici
offertur.vulgò etenim creditum
eſt,iudici ante omnia offerẽdum
eſſe libellũ: cuius probatio à con-
iecturis potiùs, quàm à lege peti-
tur.Sciendũ itaq; eſt, vocandorũ
in ius reorum morẽ hunc obſer-
uatum quondam fuiſſe : vt nullo
præcedente iudicis iuſſu , actor
†reo diem diceret:ille aut ſeque- 4
retur,aut traheretur. Teſtis illius
moris eſſe poteſt Horatius, Ob-
uiam inquit, fit illi aduerſarius,
rapit in ius, clamor vtrinque &c.
vnde Nonius Marcellus vſur-
patum à veteribus verbum vo-
candi putat producere, & trahe-

re.iudicio quoque eſt veteris iu-
ris rub. Qui neque ducantur ne-
que ſequantur Theodoſiana con
ſtitutione, quæ vltima eſt ſub tit.
de exhibendis reis infrà, id immu
tatum fuit. nanque exiſtimans o-
mnia legibus, ſi fieri poſſit, pauca
iudicibus, nihil priuatis permit-
tendum eſſe, vetuit ne quis iniuſ
ſu iudicis, inuitus ad iudicium
traheretur. & quanuis ea conſti-
tutio in cauſa criminali loquatur
omnium tamen conſenſu, ad ci-
uilia negotia extenſa eſt, propter
l.cùm clericis, ſuprà de epiſ. & cle
ric. vbi Salicet. & Bald. iudex ve-
rò nunquam temere reum in ius
vocãdum decernet, niſi priùs ob-
lato ſibi libello, intellexerit iu-
ſtè id poſtuletur, an calumnioſè:
eoq; nomine libellus offerendus
eſt iudici cauſam futuræ litis bre
ui narratione demonſtrans. Bal.
in d.l. cum clericis, de epiſcop.&
cleri.ſuprà, quem omnes vno ore
laudârunt, cùm in alijs locis, tum
potiſſimùm in rub.infrà de in ius
voc. Odof.in d.l.cum clericis. Bar
tol.in l.fi.infrà de exe.rei iud. Bar
tol.in l.ſi finita:& ibi Alex.nu.20.
de damn.inf.vel quia nullum iu-
dicis præceptũ cauſa carere debet
qualiquali cauſæ cognitione: Di-
nus & Bartolus in lege filiusfami
liâs, §.diui, de legatis primo, Ci-
nus in lege quoties, C. de fideic.

Bald.in authenti.offeratur, infrà
de lit.conteſtat.idẽ in l. conſenta
neum, infrà quomodo & quan-
do iudex. ſiue quod ad ſolum iu-
dicem pertineat diem præſcribe
re, qua in iudicio adſit reus. Bal-
dus (quem hoc loco refert & ſe-
quitur Iaſon, nu.5.) in c quoniam
contra falſam, extrà de probatio.
Iaſon tamen magis officij quàm
neceſſitatis id eſſe vult: adeò vt
nullo porrecto l.bello iudici, nõ
eò minùs valeat impetrata † cita 5
tio, l.ij. vbi notatur, ſi quis in ius
voca.non ierit, quia pro citatio-
ne præſumitur. Ang.in l.fin.infrà
de anna.excep. Bal.in l.conſenta-
neum, nume. 4.infrà, quomod.&
quan. iud. idem Bal.in l.fin.infrà
de fer. Dinus in capit.ea quæ, de
reg.iur.libr.vj. quamuis maximè
vera ſit Alexãdri ſententia: huic
tamen loco non conuenit, in quo
nullum prorſus verbum, de libel
lo iudici oblato. diſcurrite, ſi pla-
cet, per totum hunc titulum, idẽ
iudicabitis. Hìc enim aut de edi-
tione actionis, aut ſcripturarũ a-
gitur, ſiue publicę illę ſint, ſiue pri
uatæ. harũ autẽ exhibitione, quin
non includatur libellus iudici ob
latus, minimè dubitandum eſt.
Neque prætereà de ea re agitur,
quũ tractatur de editione actio-
nis, cùm illa ad reum pertineat.
Quare ſequitur id prorſus ab
hoc

hoc loco alienum eſſe: vt mirari ſatis non poſſim, quomodo Alexandro id in mentem venerit. Rurſus, vt latior diſputandi campus aperiatur, dico falſam eſſe hanc ſententiam: neminemq; inuentum eſſe, qui inter iudiciarios actus libellum iudici oblatum retulerit: aut inde inchoari iudiciũ, aut inſtitui actiones putauerit, Inſtituendarum, inquit §. finalis, de pœn. teme. liti. actionum initium eſt citatio: non igitur libelli oblatio. Inſtitutã ſemel actionem actor cogitur perſequi, anthentic. qui ſemel, infrà quomodo & quãdo iudex: libellum tamen iudici oblatum eſſe non ſufficit, niſi ad manus aduerſarij peruenerit, vt ibidem apparet: & ibi Baldus expreſsè, nu. 21. per c. præterea, & c. vltimum, extra de dila. ſecutus in ea re Butrigarij ſententiam: Sali. eod. loco nume 16. ab accuſatione ſemel inſtituta, nemo impunè recedere poteſt, toto titulo infrà ad ſenatuſconſ. Turpill. libello tamen iudici oblato citra pœnam poteſt deſiſtere. Baldus in rubri. infrà de in ius vocando, Iacobus Aretin. in l. denuntiaſſe, ff. ad legem Iuliam, de adulterijs, Barto. in l. quæſitum, ff. ad Turpill. atq; hanc video receptam eſſe ſententiam. & vt propiùs ad rem accedamus, nonne die feriata libellũ rectè offerri volunt Bart. & reliqui omnes? infrà tit. j. glo. in cano. placita ſecularia xv. quęſtio. iiij. l. miles, §. ſexaginta, ad legem Iuliam de adult. gloſſa in l. j. in verbo compel. ff. de ferijs. notatur in c. finali, de iudicijs: actus tamen iudiciarij die feriata non exercentur: toto titu. de ferijs. non admitto quod traditur in clementi. fin. vt lite pendente. Item quòd vitium litigioſi nõ inducat, aut pręſcript. interrumpat, notatur in l. ſicut, de præſcript. xxx. vel xl. annorũ. Quid verbis opus eſt, cùm ipſemet Alexander idem fateatur, ſitque in confeſſo, nec prorogari, nec occupari iuriſdictionẽ ſola libelli oblatione, cùm iudicium cœptum eſſe quoquomodo ſufficiat? Bar. in l. vbi cœptum, ff. de iud. l. ſi quis poſteà, ff. de iudic. communem eam eſſe dicit Iaſon in l. more., numero 58. de iuriſd. omni. iudi. per c. final. de off. deleg. gloſſ. in cap. licet vndique, in verbo, repetet: vbi vulgò Canoniſtæ de officio delegati: Abbas & Imola in capitulo relatum, de officio delegati: Archidiaconus & Dominicus in capitulo quamuis, capitulo finali, de officio delegati, libro ſexto, infinita conijcit Iaſon in eandem ſententiam in dicta lege more, ex quibus perſpicuum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fit quoquo modo loquamur de iudicio, nunquam eo nominè illiusque vi contineri libelli oblationem. ſic enim interpretari id ſunt ſoliti, vt propriè iudicium ante litem conteſtatam non dicatur: ita iudicium acceptum dicitur, vbi lis cõteſtata eſt, in l. amplius non peti, ff. rem ratam hab. l. prima, infrà de litis conteſtat. l. qui ſe obtulit, ij. de rei vendicat. Abb. & Dec. in rubri. extra de iudicijs, quod Marc. Varronis authoritate ab Alciato confirmatur, licet apud me dubium ſit, num idem acceptum iudicium, & iudicium dicatur: atque vtraque oratione idem ſignificetur: ita tamen receptum eſt, nec locus hic eſt illius inueſtigationis. Impropriè verò à citatione initiũ ſumere credunt, l. noluit, l. ſi defenſor, in princi. de interrog. act. vt præparatoria etiam includantur eo verbo: ſed vtranuis partem ſumas, nunquam hanc Alexandri ſententiam tueberis. Miſſam itaque hanc faciamus, & quid Accurſius noluerit, paucis diſpiciamus.

Locum hunc ſortiri credidit is præſentem titulum, quòd inter præparatoria principem primariumque locum obtineat actio-
6 nis † editio, & libelli oblatio: quæ aduerſario fit, non autem iudici, vt Alexander falsò credidit. Confirmatur hæc ſententia dicto quodam Baldi, in authen. contra rogatus, in fine, ad Treb. vbi reddens rationem cur ordo præpoſterus non reddat ſententiam ipſo iure nullam, præterquàm ſi quid peccatum ſit in libelli oblatione, non aliam attulit, quàm quòd libelli oblatio, baſis ſit & fundamentum totius iudicij, item etiam caput: vt non malè reſponſum ſit à Iaſone in l. properandum, in prin. infrà de iud. à Purpur. hìc numer. 17. inſtantiæ finiendæ præſcriptum tempus, à libelli oblatione ſupputandum eſſe. ex qua traditione ſatis intelligimus verum id eſſe quod modò dicebamus: iudicij, ea ab interpretibus exiſtimari, quæ litis conteſtationem ſequuntur: reliqua quæ præcedant quaſi præludia exiſtimari: vtq; non ſimul atque pugnare decreuimus, ſtatim ad arma deuenimus, ſed priùs de omni belli apparatu cogitamus, Fecialibus bellum denuntiamus: de pace, de fœdere, de inducijs nõnihil poſteà tractamus, aut fruſtra tentatis omnibus in arenam deſcendimus, vbi vario Marte ad victoriam vſque pugnamus: ita in iudicijs, non ſimul ac lite aliquem laceſſere decreuimus, ſtatim (vt ita dicam) cum eo confligi-

fligimus:ſed priùs parantur pecuniæ,quæ vt libellorum,ita litium ſunt nerui:coguntur copiæ aduocatorum : quorum alij conſilio , alij voce nos tueantur.(Hęc nanque Speculator,inter præparatoria numerauit,in titulo de aduocatis, §.nunc tractemus, verſ. facto autem intellecto) inde futuri certaminis admonetur reus citatione : belli & pacis offertur conditio,edita actione, conceſſiſque dilationibus deliberandi cauſa , quas indulget authent.offeratur, infrà de litis conteſta. plerunque aut ad tempus,aut in perpetuum arma deponũtur pactis & tranſactionibus.quòd ſi incaluerint litigatores , variæ hinc atque inde præſtantur cautiones , quarum partim meminit authentica generaliter,ſuprà de epiſcopis& clericis,partim dicta authenti . offeratur , enumerantur : dilatoriæ declinatoriæq; exceptiones proponuntur : l.ita demum,infrà de procurat.ita ad conflictum , hoc eſt , litis conteſtationem deuenitur:quæ actoris intentione,rei depulſione,iudicis authoritate conſtat:ibi exceptionibus,replicationibus,teſtibus,inſtrumẽtis, omni denique genere probationis multis ſeculis pugnatur ad victoriam vſque.Atque hic ordo eſt iudiciarius:ex quo intelligimus non ſolùm editionem actionis ad præparatoria pertinere,ſed etiã quid varijs in locis noſtri pręparatoria †appellent: Bartol. in l.inſulam, 7 viij.oppoſitione,de verb.obligat. & paſſim reliqui omnes:quę præludia vocantur ab Imperatore in authent.de litigioſis, §.ſi verò initium,coll.viij.à Baldo in l.finali , §.ſimili,de lat.liberta. tollend.in authent.clericus,ſuprà de epiſco. & cleri.gloſſa, in Nouella in medio litis non fieri ſacras iuſſio.§.finali,inverbo proœmijs,de quo latiùs per Decium in rubrica de iudic.numero 5.Probabilis eſſet hęc opinio Accurſij , ſi ſub hoc titulo duntaxat de editione actionis ageretur : cùm autem videã & de inſtrumentorum & rationum & actorum exhibitione agi , neque illa ante litem conteſtatam fieri ſoleat, non eſt quòd eam temere ſequamur.vnde eruditè Innocentius in c.j.de probatio.non præparatorias ſed probatorias eſſe has editiones affirmauit, & quæ poſt litem conteſtatam duntaxat fiãt. quemadmodum enim lite non conteſtata teſtes non recipiuntur,niſi ob certas cauſas:ſi recepti fuerint fidem non faciunt,toto titulo,vt lite non conteſt.ita de inſtrumentis,reliquiſque ſcripturis iudicabimus:c.cũ dilecta,de confirmat.vtil.vel inutil.c. peruenit,

de teſtib.cogend.ita argumentatur Panormita.de teſtib.l.ſcilicet ad inſtrumenta,in capitul.Albericus,nu.5.de teſtibus, vbi in deſcribendis inſtrumentis neceſſariam eſſe putat eorum citationē quorum intereſt, nō aliter quàm ſi de teſtibus recipiendis ageretur.facit quod voluit idē Panor. in c.Abbate,in fine de verbor.ſignifi.confirmatur ſimilitudo, ex eo quòd quemadmodum teſtes propter difficultatem & periculum examinantur parte non citata (ſi Bartolo credimus in l.ij. de naufr.lib.xj.Aretino & Decio in capitu.ij.de teſtib.)ita & inſtrumenta deſcribantur. Innocen.in cap.fina.de fid.inſtrum. Specula. in titu.de inſtr. editione, §.oſtenſo. Quare Alexander in l. ſæpe, nu. 81. ſecutus Frederic. de Senis in conſil.clx.cuius initium, caſus talis eſt, dominus & c. Antonius de Butrio in c.ij. de ord.cog. exi-
8 ſtimat inſtrumētum † & reliqua omnia quæ ad fidem faciendam pertinent,nihil iuuare producentem,niſi poſt litem conteſtatam editio fiat. Abbas Antonius & reliqui in c.j.de probat. ibique latè Decius,nu.64.Baldus in l.ij.vt lite pendente, Bartolus in l. poſtquam,§.ſi dies, vt legat. ſeu fid. nomi.caueatur.Franciſ.Tig. Fulgoſius,Paul.de caſt. Baldus, Alexander,hoc loco, Specu. in tit.de inſtr.edit.§.nunc dicamus, Butrigar.in c.cùm veniſſent,de reſtitu. in integr.gloſſ.in l.j. §.edenda, ff. eodem,initio gloſſæ magnæ.

Hæc ferme à noſtris afferuntur:quæ tam diligenter minimè perſequerer,ſi de genere earū diſputationum eſſent quæ de lana caprina, vt plurimùm in rub.inſtituuntur.Cùm verò intelligam non ſine fructu hac de re diſputari,videam prætereà multum lucis tractatui noſtro ex hac inueſtigatiōe accedere,nihil eſt quòd me facti pœniteat. Itaq; perficere hodie conabor,quę heri dūtaxat inchoata ſunt.Recentiores,in quandam conſequentiam,de in-
ſtrumentorum, † actorum, & ra 9
tionum editione tractatum fuiſſe putant præter argumētum:quod alibi factum fuiſſe contendunt, in l.iam dubitari,verſic.quaſi exceſſus,ff.de hæred.inſtitut.l.fin.infrà de pactis, ne ſcilicet quæ coniuncta ſunt diuidantur: vt notatur in c. tranſlata,de conſtit.facit glo.in c.quia in tantum, de pręb. quod voluit Bal.in l.iij.§.ſed & ſi quid, de negot.geſtis,Bar.in rub. de noui oper.nuntiatione.Idémque traditur per Ioannem Andr. in tit.de except.

Dicerent hi aliquid, ſi affinitatem horum tractatuum probarent

rent: cùm autem nihil afferant, non eſt quòd eos temere ſequamur, maximè cùm ex his quę heri tradita ſunt, nihil ferme commune inter ſe habere hos tractatus apparuerit. Præparatoria etenim eſt actionis editio: at reliquarum ſcripturarum inſtructoria. illa ante litem conteſtatam fit, hęc iam accepto iudicio: illa deliberandi, hæc probandi cauſa proponitur. vtque maximè quod illi volunt concedamus, nõ tamen idcirco neceſſariò concludunt, alio loco de editione actionis, alio de inſtrumentorum & reliquarum ſcripturarum exhibitione agi nõ oportuiſſe. Quid tam coniunctũ eſt tractatui de teſtibus, quàm tractatus de fide inſtrumentorum? qui vi atque effectu non ſimiles, ſed ijdem ſunt: l. in exercen. de fide inſtr. Diuerſum tamen locum ſortiti ſunt. Nonne legata, & fideicommiſſa per omnia exęquata ſunt? l. j. ff. de legat. j. vt nihil dici poſſit de legato quod non conueniat fideicommiſſo. Varijs tamen ſub titulis de legat. & fideicommiſſis diſputatum eſt infrà. Decius alia ratione pręparatoria hæc eſſe vult, ratione ſcilicet ſententiæ ad quam pertinet effectus inſtrumentorum; rationum, & reliquorum ferme omnium, quæ in iudicio fiunt, vt iudicium vel pro ſentẽtia ſumatur, vel eam ſaltem includat, l. prima, vbi glo. & Baldus infrà ſi aduerſ. rem iudicatam. gloſ. in cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. lib. vj. capitu. in iudicijs, de regulis iuris, libr. vj. quæ ſententia ſi vera eſt, cur de litis cõteſtatione, & reliquis omnibus quæ ſententiam præcedunt, conſequenter dictum non eſt? vt credibile fiat verum eſſe quod Iaſon in rubric. de actio. quod reliqui interpretes voluerunt in rubrica, ſolut. matrimo. perperam † facere eos, qui hoc loco cauſam ordinis neceſſariam deſiderarẽt non contenti probabili: idem tamen Iaſon pręparatorias non minùs eſſe inſtrumentorum & cęterarum ſcripturarum exhibitiones, quàm actionis editionem cõtendit. Nam licet has ſcripturas fidei faciendæ cauſa, lite conteſtata edi oporteat, etiam ſi iam fuerint editę (vt latè ſuprà docuimus vtque notauit Feli. in capitul. cauſamque de teſtib. Hippo. de Mar. ſingu. clxx.) tamen ſi quis in libello meminerit alterius inſtrumenti, ante litem conteſtatam, illud exhibere compellitur. Bart. in l. poſtquam, §. ſi dies, vt leg. ſeu fideicom. nomi. caueatur. idẽ Bart. in l. iij. infrà hoc ipſo titulo. Innocentius & alij in c. j. de probatio. Antonius Imola eodẽ loco: item

Felinus numero 26. Baldus in l. fina.de precib. Imp.offerend. domini de Rot.concluſ.xxiiij.incip. item,ſi in libello,in nouis. Specu. in titu.de inſtru.editione, §.nunc dicamus,verſic.quid ſi quis in libell.Baldus in l.qui ſtipendia,de procur.Ang.in lege prima, §.edere,de edendo,adeò vt ſi inſtrumẽtum,cuius mentio facta eſt in libello,ſe ad aliud referat, & illud edendum ſit,Baldus in l.inciuile, ff.de legibus,quem citat & ſequitur Decius in d.cap.j.nu.64.Alexander cõſ.iij.in cauſa & lite, nu. primo,vol.ij.quia niſi ſecundum appareat, primum viribus caret, arg.l.in teſtamento,ff.de cond.& demonſtra.Bald.in l.j. ſuprà in fi. de epiſco.& cler.idem in l.ſecun. infrà de errore aduoca. Quare is qui ceſſionarium libello ſe eſſe dixit,ante omnia fidẽ facere tenetur,& ceſſionis inſtrumẽtũ producere:vt Iaſon ait,Bald. in l.qui ſtipendia,de procur.Bartol.in l.ſi duo,ff. de ſolut. Bartolus & Baldus in l.j.infrà de actioni. & obligat.quod Felinus in dicto capi. primo,nu. 22.ſecutus Speculat.in titu.de fid.inſtr.§.nunc dicamus, ita interpretatur,vt verũ ſit quoties actor directo nomine cedentis ageret, non ſi vtili ſuo nomine experiatur.quæ certè interpretatio vt lege, ita ratione prorſus caret. Nam ſi cauſa hæc eſt, cur ceſſionis inſtrumentum ſit edendũ, vt ſciat reus certusq́; reddatur, num legitimũ aduerſariũ habeat nécne (ob quam cauſam prælato agenti eccleſiæ nomine probandus eſt ab exordio quaſi in ipſo litis limine vel titulus, vel ſaltem iuris poſſeſſio.Speculat.in titu.de act.circa finem) quid intereſt vtilem an directam proponat,cùm vtroque caſu ęquè incertus dubiusque ſit reus? Ex eodem fonte manarũt quæ tradidit Bartol.in l.ſi quis inficiatus,in princ. ff.depoſit.cùm vult procuratorẽ, item hęredem repelli?niſi ab initio fidem illius faciat ex quibus duo, quaſi præter argumentum colligere poſſumus. Primùm nihil intereſſe expreſsè an tacitè aliquid libello aſſerat, ex quo dubius reddatur reus. Secundò hãc editionem indiſtinctè ante litem conteſtatã fieri,ſiue incertitudo rẽ ipſam reſpiciat,de qua eſt controuerſia, ſiue aduerſarium qui ad iudicium prouocat.Vt autem ad rem redeamus, poſtquã libellus ob hãc cauſam editur, vt ſciat reus an ſibi cedendum, an verò contendendum ſit:l.j.in princip. ff.eodem:id verò non poſſit euenire,niſi exhibeatur & illud inſtrumentũ ad quod ſe refert:meritò quaſi pars libelli exhibebitur

vnde

vnde Bartolus in l.edita,infrà eodem, ante litẽ conteſtatam non eſſe exhibendum inſtrumentum:
11 † ait, cuius tenor libello deſcriptus eſt, cùm reus non minùs certus eſſe poſſit ex lectione libelli, quàm inſtrumenti, niſi fortè iuſtè dubitaret, an illud vnquam confectum fuerit inſtrumẽtum, vt Abbas ſentit in d.ca.j.quòd de alterius facto forſitan agatur, l. qui in alterius,ff.de reg.iur.atque hoc caſu veram crederem Aretini ſententiam in dicto capitulo primo, exiſtimantis indiſtinctè inſtrumentum edendum eſſe, cuius mentio libello facta eſt: iuſtè enim recuſaret tunc iudiciũ ſuſcipere,quòd certò deliberare non poſſit.

Porrò duplicem patitur interpretationem quod dictum eſt: primam tradiderunt Domini de Rota deciſ.xxxiiij. in nouis,quoties actor illius exhibendi facultatem ſe non habere contenderet:Baldus diſertè in l.qui ſtipendia,infrà,de procurato.idque iuramẽto probabitur: l.theſaurus, ff.ad exhibendum,& quãuis ſingularis teſtis atque in cauſa propria ſufficiet. Simile aliquid voluiſſe Accurſius videtur in l.fina. §.in computatione, de iure deli. Faciunt ad rem,quæ ab omnibus traduntur in l.Celſus,ff.de vſucaquum de probanda bona fide agunt:Roma.conſil.lxxvj.de quo latiùs in l. j. dicemus. Secundam attulit Bartol. interpretationem, in d.l.poſtquàm, §.ſi dies, vt leg. ſeu fid.nomi.caue.vt nõ ſit edendum inſtrumentum cuius mẽtio facta eſt in libello,quoties reus penes ſe illud haberet, vel etiam habere eſſet credibile.Baldus in l. ſi legatũ,ff.de edendo,cuius rei exempla varia proponuntur. tum à Decio in dicto capitul.numero 64.tum à Felino ibidem, numero 27. ſi legatarius legatum petens,ab hærede teſtamentum alleget:aut debitor contra creditorem experiatur,ſimulatumque eſſe contractum contendat:aut victus contra victorem ſententiam nullam declarari poſtulet. Nam vt Bartolus in l.edit.infrà,eodem ait, item reliqui omnes in l.iij ff eodem,credibile eſt & hæredem, & creditorem,& victorem teſtamentum,inſtrumẽtum,& ſententiam habere, † maximè cùm eo- 12
rum aſſertione conſtet ſe his ſcripturis vſos,ſecundum ea quæ traduntur à Bart.in l.qui Romæ, §. duo fratres,nu.13.& 14.de verbo. oblig.nec diſtinguendum exiſtimo inter codicillos & teſtamentum,poſtquàm illis vſos fuiſſe apparet,quibus autem caſibus ſcire quę vel teſtamento,vel codicillis

non præſumitur hæres,multò mi nùs habere. Quando verò nota credatur volũtas defuncti ſucceſſori, alieni eſt negotij.notatur de ea re à Baldo in l. cõtra ſororem, infrà,de iure delibe.ab interpretibus paſſim tum in l. eius qui in prouincia,ff.ſi certum petatur,tũ in l.qui Romæ,§.duo fratres, de verbo.obli.

Quid rurſus ſi reus inſtrumẽtum penes ſe habuiſſe fateretur, amiſſum tamen caſu fortuito aut nulla ſua culpa doceret? Decius in d.c.j.æquum eſſe cenſuit præſumptionem ceſſare, quaſi in re certa,l.continuus, §. cùm ita, de verbor.oblig.optimè id probat l. ſi quis ex argentarijs, §.finali,ff. eodem: quòd ſi actori neceſſitas edendi remittitur propter difficultatẽ(vt iam dictum eſt)cur nõ recedetur à præſumptione, vbi falſam eã eſſe apparet? maximè (vt Decius ait)cùm longè ſit fauorabilior eorum cauſa qui cõmunem regulam tuentur,quàm eorum qui ſubterfugia quærunt, gloſſ.in capitul. ſtatutum, in ver. numerandum,de præben. lib. vj. l.ij.de iniuſt.rupt.irr.fact.teſtam. l.eius militis,§.militia miſſus, de teſtam.milit.cui ſententiæ conſequens & illud eſſe exiſtimauerim ſolo iuramento deperditum eſſe inſtrumentũ,ne quid liceat actori,quod non liceat reo, l.non debet,ff.de reg.iur.Si vera ſunt quæ de actore diximus, huic tamen traditioni communi omnium conſenſu receptiſſimæ nonnihil aduerſatur:l.poſtquam, §.ſi dies, vt legati ſeu fideic.à qua vt ſe exoluat Bart. editionem probatoriam nũquam omitti dixit, quatenus ſit iudici,ſiue id quod editur penes aduerſarium eſſe pręſumatur,ſiue non, alioquin probaſſe nunquã intelligetur intentionem ſuam: vnde Romanus conſ. clvj. honorande domine Collatęralis,numer.3.realiter producendum inſtrumentum affirmat, illiusq́; exemplũm aduerſario tradendum: vt intentionem agentis vel rei exceptionem probet. ita Bartol.in extrauag.ad reprimendum in verſ.figura iudicij.Baldus in l.ſi quando, infrà, de teſt. in l. fina.infrà, qui admitti.nec rurſus ſatis eſſet in iudicio produci aut iudici offerri,niſi aduerſario citato.Cano.charta iij.quæſt.ix.Hip. de Marſilijs ſing. lxxxj.cuius initium,aduertas ad vnũ.Ange.in l. omnium, infrà, de teſt.atque hęc adeòvera ſunt,vt ſi in ſummario producta ſint ea,quę in petitorio plenam fidem facere poſſunt, nihil tamẽ vtilitatis actori inde accedat,niſi iterum in iudicio plenario producantur. ita Alexander

xander

xãder in l.ſæpe,nu.81.ff.de re iud. Ex his conficit Iaſon quod quærebat,ad fidem faciendam edi neceſſariò inſtrumenta poſt litem conteſtatam:ante verò iudicium acceptum,ſi aliàs deliberare non poſſit reus.

Quæ à Iaſone in hanc ſententiam afferuntur, verè equidem & multorum iudicio planè ſunt corroborata, veruntamen huic loco non conueniunt, ſiue quòd vſus proprius hic ſit inſtrumẽtorum vt probent, ſecũdum quem de editione eorum in vniuerſum iudicandum eſt (vt Decius ſentit in l.j.de fid.inſtr.cap.peruenit,de teſti.cog.facit gloſſ.in l. certi condictio,in princip.ff.ſi certum pet. Abbas in rub.extrà,de exce.) ſiue quòd nullum proferri poſſit exemplũ ex hoc titulo,quo doceat Iaſon reum ab actore inſtrumentum ſibi edi poſtulare,ob eã cauſam quòd illius in libello meminerit:vt perſpicuum ſit,ne cogitatum quidem fuiſſe de hac ſpecie editionis. Id autem planiùs fiet, ſi multiplicem eſſe cauſam
13 † editionis conſiderauerimus:eſt autem hic locus animaduerſione digniſſimus,quem (abſit dicto inuidia) ſatis negligenter explicatum inueni.Fit ergo interdum iudici omnium editio, quibus probatum iri ſperat litigator quod propoſuit:vt iudex diſpiciat, rectè id factum fuerit necne. Nam niſi viſis,& examinatis diligentiſſimè actis & (vt ita dicam)armamentis totius cauſæ,iudex pronũtiare non poteſt: & ſi pronuntiauerit,ſententia eſt ipſo iure nulla:Bartol.in l.ij.ff.de iud.Cano.in capit.quum Bertoldus, extrà, de re iudic.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,de conſtitut. Alexander in l. properandum, §.j.infrà,de iudic. noſtri, in l.is apud quem, ſuper gloſſã magna: vbi latiùs dicetur, infrà,eod.

Interdum & ſecũdo loco eorum † editio fit aduerſario, quæ 14
quis producturus eſt apud iudicem,vitandę ſcilicet falſitatis cauſa,néve falſis probationibus, iudicantis religio circũueniatur:cùm in detegenda falſitate longè (vt eſt credibile) oculatior futurus ſit aduerſarius, quàm iudex:eſtq; hæc editio mutua atque reciproca:cuius(niſi omnino fallor) meminit lex prima, §.edenda ſunt omnia,ff.eodem.hoc autem titu. nullum prorſus verbum fit.

Interdum aduerſario fit hæc editio, vt deliberet an ſibi cedendum, an verò cõtendendum ſit: de qua ſpecie iam ſatis multa diximus, neque de ea quicquã huic titulo inſeritur, vt oſtenſum arbitror.

Fit poſtremò editio ab actore reo, aut à reo actori, non eorũ inſtrumẽtorum quibus quis vſurus eſt, ſed quibus vti vult aduerſarius qui hanc editionem poſtulat: vt ſi mihi decem deberi contendam à te, idque ex tuis rationibus apparere aſſeuerem, ob eámque cauſam edi mihi poſtulem. Hęc illa eſt editio, de qua ſub hoc titul. agitur. quòd ſi quis putat aliud eſſe huius tractatus argumentũ, vehemẽter errat. Verum itaque eſſe apparet quod modò dicebam, non eſſe nimis anxiè in has continuationum leges inquirendum. nulla etenim cauſa fingi poteſt quæ non facilè ſubuertatur, ſi probabilitate non contẽti neceſſitatem exigamus.

Vt autẽ reliqua paucis abſoluamus, ſciendum eſt, ſolere alios varijs rationibus hunc Triboniani
15 † ordinem damnare. imprimis quòd ille titulum de edendo, ante rubr. de in ius vocando, collocarit, cùm initium inſtituendorum iudiciorum ſit citatio: §. finali, inſtitut. de pœna teme. litigan. Denique quod ordinem perturbarit, quem in Pãdectis obſeruarat: vbi priùs de in ius vocãdo, quàm de edendo agit. Alciatus hanc affert cauſam, quòd citatio non ſolius iudicij ſit præparatoria, ſed neceſſaria potiùs ad cuiuſlibet actus, quocunque tempore explicationem: l. de vnoquoque, ff. de re iudicata: l. nam hoc, ff. de adop. l. meminerint, infrà, vnde vi: & ibi notatur, ſiue de ſententia pronuntianda agatur, ſiue de miſſione in poſſeſſionem: vbi trina citatio eſt neceſſaria: l. cõſentaneum, infrà, quomodo & quãdo iudex: l. ad peremptorium, ff. de iud. Bartol. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de damn. infect. Ioannes Andr. in c. conſuluit, de offi. deleg. ſiue de his quæ intermedia appellant: Alex. in l. de vnoquoque, §. qui apud, nu. 20. de re iud. vt quia teſtes ſint recipiendi, & ab illis iuramentum exigendum, capitulo ij. de teſt. aut ſi de interpretatione ſententiæ obſcuræ agatur. Petrus de Ferrarijs in tit. de forma execut. ſen. diffini. ſuper verbo, pub. nuntio, nu. 13. Denique nihil in iudicio expeditur, niſi citato aduerſario, ſi certus ſit: aut his quorũ intereſt. Quare parùm referre putat in qua parte de citatione dicatur. non facit hæc ratio Alciati, quò minùs iudiciarij ordinis initium ſit citatio: ob eamque cauſam de ea ante omnia dicẽdum fuerit, ſi propoſitum id fuit Triboniano vt eundem ordinem conſeruaret. Alij hanc cauſam afferunt, quòd in his quæ eadem charta expediuntur, nihil interſit quid priùs

prius,quídve poſterius fiat: gloſſ. in l.Pomponius, §.ratihabitio, ff. de procurat.facit l.præpoſteri,C. de teſtament.l.nec enim,de ſolu. l.quidem,ff.de pec.legat. Cùm igitur citatio ſimul cũ libelli oblatione expediatur , nihil refert vtrum præponatur : opinionem hanc recenſet Bartolus, & ſequi videtur in authenti.offeratur, infrà, de litis conteſta. quæ ſententia licet conſuetudine moribusq́; noſtris comprobetur,iure tamen expreſsè refellitur : vt apparet ex authenti.offeratur, de litis conte. Offeratur,inquit,pulſato libellus Prius ergo pulſari , quàm libellũ offerri ſignificat.Mihi Bartoli & aliorum ſententia placet , exiſtimantium,infrà,titu.proximo, de venia impetranda,aut non impetratę pœna agi:licet inſcriptio generalis ſit,nec minùs latè pateat, quàm ea quæ in Pandectis ponitur.

Iaſon vt nihil intentatum prætermittat,mirari ſe fingit,cur tit. 16 ad exhibendum, † Rubric.de rei vendicatione,præcedat, cùm ad exhibendum actio , rei vendicationis ſit præparatoria: gloſſ.in l. ad rem mobilem,de procu.Bart. & Bal.in l.j. infrà,ad exhibendũ: vnde Iuriſconſult.in l.j.ff.ad exhibendum , maximè rei vẽdicationis cauſa introductam eam fuiſſe actionem teſtatur. Iaſon diſſimilem eſſe vtriuſque cauſam vult. nam actionis editio ex neceſſitate præcedit:actio verò ad exhibẽdum dũtaxat, vt commodiùs rei vendicatio exerceatur . Nihil enim impedit,quò minùs illa prętermiſſa,hæc exerceatur. vtrunq; probatione eget: Accurſ.in rubr. ff.eodem , coniecturam huius rei facit ex inſcriptione:quoniã niſi neceſſariò præcederet libelli oblatio,non per gerũdium, ſed per nomẽ verbale efferretur rub.hęc.

Cętera quo ore perſecuturus ſim planè ignoro:in his tamẽ inepijs nos nonnulla neceſſitas excuſabit.Nam aliud nobis per hos non licet,qui ex nugis huiuſmodi quicquam prætermitti ęgrè ferunt,idque non iudicio, ſed potiùs imperitia fieri putant,aut rei difficultate:quaſi verò quicquam facilius ſit,quàm nugas nugis addere, & quicquid in buccam venerit, nullo iudicio, nullo delectu,nullo ordine temere effutire. non deſiderat ea res in diſponendo acumen Dialecticorum , non linguæ Latinæ cognitionem,aut bonorum authorum non ſemel repetitam lectionem, non iudicium aut quicquã aliud propter quod viri docti nũcupantur: vnà barbaries & imperitia quæ ad rẽ ſunt neceſſaria abundè ſuppedi-

tant . Cæterùm apud me horum criticorum cenſura tantum ponderis minimè habitura eſſet , vt pręter rectam rationem interpretãdi ex hoc loco dicerem aliquid (cùm hoc vnicuique propoſitum eſſe oporteat, eruditis potiùs quã imperitæ multitudini placere) niſi ducem, magnum illum Alciatum haberem, qui in interpretanda gerundij ſignificatione nulli interpretum cedit. Is cum Accur
17 ſio exiſtimat gerundio † ſignificari neceſſitatem , duplici ratione. Prima, quòd participia in dus, id quod fieri debet , vel oportet, denotent: l. eleganter, §. qui reprobos, de pign. actio. facit rubr. de hęred. inſtit. item illa, de liber. & poſth. hæredibus inſt. vel exhæredand. eadem (vt ille ait) vis erit gerundij huius. Si vera ſunt quæ Alciatus prædicat , mirari poſſumus, cur de contrahēda emptione, & venditione ſit dictum, cùm ſciamus neque emere, neque vendere quenquam compelli regulariter, neque emere, infrà, de iure deliber . atque omnes contractus, eſſe ab initio voluntarios. Quis pręthereà ſimilitudinem hãc inuitus admiſerit participiorum & gerundiorum , poſtquam ab Alciato nullo modo probatur? Secunda cauſa quę eum plurimũ mouet, pendet à nominatiuo gerundij, qui per oportet, & debet, reſoluitur. vt quum lex famoſi , ad legem Iuliam maieſtatis , lubricum linguę ad pœnam trahendum non eſſe ait. alijs in re manifeſta non neceſſarijs exemplis vtitur, eademq́ue interpretationem ablatiui fieri vult , quod ſi negetur, non probabit , licet primum aſſumptum verum ſit . Prætereà cur de poſtulando inſcribitur rubrica, ſi poſtulandi neceſſitas nemini impoſita eſt? cur de in litem iurando, cùm is cui defertur, liberè poſſit repudiare? l. quòd ſi poſſeſſor, de rei vendi. vt non immeritò omnibus ferme hæc ſententia diſplicuerit: vt teſtatur Alexander conſ. xxviij. volumi. iiij. idem in rubrica de liber . & poſthu. l. j. de veteranorum & militis ſucceſſione : facit l. ei qui ſoluendo, de hæred. inſtitu. quamplura alia citantur hîc à Decio, nume. 9. quæ minimè deſcribenda duxi : tum quòd ſuperuacuus hic labor ſit , tum quòd minimum habeat vtilitatis. Nuſquam autem ſimilem altercationem à veteribus iuriſconſultis inſtitutam legi : quos noſtri imitati , conſultiùs fortaſſe feciſſent , ſi in ſcholas Grammaticorum has diſputationes relegaſſent , ſeque intra ſuos fines continuiſſent . Poſtquam tamen id non contigit , non grauabor

quę

quæ illi commenti ſunt referre, quamuis id inuitiſſimus faciam. Bartolus igitur per gerundium 18 † conceptam rubricam credidit potiùs quàm per nomen, quòd Imperator actum edendi, non effectum editionis demonſtrare vellet: idē Baldus, quem citat Purpur. hîc ſequitur, in l. fi. ex cautione infrà, de non nu. pecu. Angel. in §. actiones, inſtitut. de action. Felin. in c. ſi cautio, extrà, de fide inſtrument. quæ ſententia ex libris noſtris facilè reprobatur. de ſatiſdando etenim hoc codice dicitur, cùm inſtit. libris de ſatiſdationibus dicatur. adduxerunt & alia in Bartoli opinionem Aretinus & Socinus hoc loco, rubrica ſcilicet de litis conteſta. & l. conſentaneum, infrà, quomodo & quan. iud. rub. de noui oper. nun. iuncta l. pupilli, §. qui nuntia. eo. titul. Item rubr. de execut. rei iudica. iuncta l. ordo, eod. titul. quæ tamen nullo & periculo, & negotio vitari poſſent à me, ſi Bartoli ſententiam cum præceptis Grammaticorum conſentire exiſtimarem. Cùm autem videam Seruio placere, verbalia in io, præter rei ſubſtantiam, aut qualitatem, vim agendi habere: & vt gerundium adminiſtrationem ſine tempore, ita nomen verbale denotare, nō eſt quòd ea refellam Lectionis tędium, inquit Fabius, vocibus ſubleuatur, Actū legēdi (vt opinor) non effectum demōſtrauit. idem de traditione dici poteſt. Ex quibus conficitur falſam eſſe differētiam eam, quam vulgò inter gerundium, atque nomen approbauerunt: & Iaſon in l. ſingularia, numero 52. ff. ſi certum petatur: & Baldus in l. ſi ex cautione, de non nu. pec. Idē in l. ſi ex pretio, infrà, ſi cert. peta. dum putant falſi pœnam incurrere tabellionem qui confeſſum diceret Sempronium recepiſſe ſe decem à Lucio Titio dando, & numerando, ſi nulla interuenerit numeratio, ſecus ſi per nomē, aut participium. ridiculum etenim eſt, ex ea enuntiatione, quæ per gerundium fit, nullum certum demōſtrans tempus, ſed ſolam actionem, falſitatem argui: quamuis neceſſariæ eſſe debeant probationes, vt idem voluit in l. iuriſgent. §. quod ferè, ff. de pact. ex poſtrema autem oratione, quæ ad tempus præſens refertur, nihil ſimile induci, maximè cùm ſubaudiatur dictio (tūc) quaſi numerante & dante quum inſtrumentum conficiebatur: vt voluit idem Baldus in dict. l. ſi ex cautione, num. 10. per l. aduerſus, de non nume. pecun. Præterea longè maior eſt ratio cur excuſetur à falſo notarius, quando per

gerundium extulit,quàm vbi per nomen.nam vbi confeſſum ſcripſit Semproniũ recepiſſe ſe dando,& numerando, nihil aliud expreſſit, quàm quod inerat. Fieri quippe non poteſt,vt quis receperit,niſi à numerãte.Expreſſio itaque ſuperuacua iudicabitur: nec aliud ſtatuetur, quàm ſi omiſſa verba illa fuiſſent: l.ſi quis in fundi, §.primo,de leg.j.cum ſimilib. Poſtquã ergo crimen falſi incurrere nõ poſſe tabellionem in confeſſo ſit,ſuppreſſis verbis illis, idẽ admittemus, ſi ſuperfluò exprimantur. Probabilius itaque mihi videtur vtroque caſu à falſi crimine eximendum eſſe notarium:tũ, vt benigniorem ſequamur interpretationem:l.in ambiguis,de regulis iuris, tũ vt verba illa potiùs confitentis,quàm notarij eſſe interpretemur. Secundò infertur ineptam eſſe quorundam dubitationem altercantium, num is qui alterum accuſauit, quòd vim attuliſſet vulnerando,non ſolùm vim ſed etiã vulnus in iudicium deduxerit: in qua re Salicetus in l.j.de his qui latr.occul.vult rectè gerundium, qualitatem duntaxat,aut potiùs modum verbo adiungere cui apponitur: atque in eadem opinione fuiſſe Iaco.But., refert. exemplum illius ſumi poteſt tum à l.j.de his qui latr.tum à l.vim facit,ff.de vi,& vi arma.Baldus in l.falſus,numero 6.infrà,de fur.Angel.quem citat Iaſon in l.ſi tu ex parte,de acquir.hæredita, nume.3.Alexander conſil.j.volu.iij.quaſi verò qualitas delicti non ſit punienda ſimul cum ipſo facto principali.nugatur itaq; egregiè Iaſon hac in re, vt deprehenderunt Decius & Curt.iuni. cùm neque Ioannes And. in addi.Speculat.in titul.de libell. concept.§.nunc videndum,neque Barto.in l.præſes, ff.de pœnis,his vllo modo aduerſentur quæ voluit Salic. Puniendum autem, hac propoſita accuſatione,non minùs vulnus quàm vim ipſam omnes probârunt,reclamãte (quod ſciam) nemine, confirmaturq; eadem ſententia à Curtio non minùs eleganter quàm doctè, hac potiſſimũ ratione, quòd vis illata cum vulnere, ſimul cum eo confundatur, vnumq́ue delictum conficiat.gloſſ.in l.qui, de crimine,infrà,de accuſ.l.illud, §.finali, ff.ad legem Aquiliam,Alexander in l.diuortio,numero 10.ſolut.matri.dos quemadmo.peta.Baldus in l.aduerſus,infrà,de furtis:idẽ Bald. in Authent.ſed nouo iure,nume.5.infrà,de ſer.fugit.cui conſequẽs eſt,vna duntaxat lege puniri: vnica accuſatione, diuerſis iudicijs, non licere de vi,& vulnere agere,

quaſi

quaſi de vno delicto:l.ſenatus, &
ibi notatur,de accuſ. item abſolu
toria lata ſuper hac accuſatione,
eo modo concepta, quē ſuprà re-
tulimus,exceptionē rei iudicatæ
pariet,ſi de vulnere quęſtio refri
cetur:ita velle videtur Sali.in d.l.
qui de crimine,nu.17.in fi. quē ſe
quor.Redeamus in viā, quaſi ex
longo errore:atque ex his intelli
gamus, nōdū planè probatū eſſe,
neceſſariò pręcedere libelli obla-
tionem. infirmiſſimæ verò ꝓba-
tioni lōgè debiliorē addit Iaſon,
dum in eā rē,l.edita,infrà,eod.ci
tat:ex qua nihil omnino deſumi-
tur.nos liquidò id probari ex au-
then.offeratur,infrà,de litis cont.
credimus.Offeratur,inquit,pulſa
to libellus,quę verba non conſu-
lentis,ſed pręcipientis ſunt.Alte-
rū caput propoſitionis illud erat,
19 actionē † ad exhibēdum,neceſſa-
riò nō præcedere rei vendicatio-
nē:l.j.infrà,de alie. iud.mut.cauſ.
facta,cū ſexcētis ſimilibus exem-
plis,quę cuicunque attento lecto
ri paſſim occurrent : id confir-
mare tētabo ex l.j.infrà, ad exhi
bendum,dum vult præſidem de
exhibitione cognoſcere, cauſam
verò dominij coram iudice vnde
conficitur illud quod quærimus,
præparatoriā non eſſe:etenim(vt
Baldus ait in l.ordinarij,infrà,de
rei vend.)iudex præparatorij,iu-

dex eſt præparātis,cuius cauſam
ſumit à l.nulli, infrà, de iud.l.mi- 20
nor xxv.annis,ff.de euict.Alex.in
l.quoties,de iud.vnde Bal. in d.l.
ordinarij,affirmare nō dubitauit
inter laicos,iudicem eccleſiaſticū
euadere cōpetētem,ratione iura-
menti,ſi diſpenſatio illius petita
fuerit, vt contractum ſimulatio-
nis arguere liceat.Admiratur di-
ctum hoc Alexan.in d.l.quoties,
extollit vehementer Iaſon in d.l.
nulli,&certè admiratione digniſ
ſimum eſt.via etenim (ſi hæc ad-
mittimus)inuenta eſt,qua omnes
ferme controuerſiæ laicorum, in
forum eccleſiaſticum detrudan-
tur : quod prudentes litigatores
non minùs ſtudioſè vitare ſolent
quàm nautæ Scyllam, aut Cha-
rybdim.nam quæ diuturnæ ſunt
lites in foro ſeculari, plerunque
immortales exiſtūt in foro eccle-
ſiaſtico: opinionem Baldi ſequi-
tur Ant. de Butrio, in c.cùm ſit
generale,de foro compet. quam
communem teſtatur eſſe Decius,
in rub.de iudic.nume.3.licet con-
traria verior ſit:quæ Caſtrenſem
authorem habet,in d. l. quoties,
maximè ſi proponatur,remiſſum
fuiſſe iuramentum ab aduerſario
iuxta capitulū primum, de ſpon-
ſalibus. Itaque ex voluntate aut
vtilitate, ſi adeatur iudex ſuper
præparatorijs, de principali co-

gnoſcet:modò ſit aliâs ptincipalis cauſę iudex legitimus.tunc etenim ne inſtãtia cauſę diuidatur, qui de pręparatorio cognouerit, cuilibet alteri ſuper principali præferetur . quòd ſi alterum horum deficiat, ceſſabit & regula à Baldo tradita.Cæterùm ſiue illatio hæc vera ſit,ſiue non, conſtat hanc traditionẽ iam à nobis propoſitam, receptiſſimam eſſe.Curtius itaq; conſiderauit,præſidem cognouiſſe in d.l.j. non ſolùm de actione ad exhibendũ, ſed etiam de rei ven.idq́; per iudices à ſe datos, vt moris eſt. Quemadmodũ etenim Prætor Romæ, ita præſides in prouincijs iudices dabant: l.ſępe audiui Cęſarem,cum l.ſeq. de offic. præſid . facit lex à Diuo Pio,in princip . ff. de re iudicata. Huc pertinent formulæ , in edictis Prætorum,aut præſidum frequentiſſimę: iudicium dabo &c. quoniã iudices dabant,nõ autem iudicabant.l.j.de iuriſ. omn. iud. Dubitabilis redditur hæc ſententia,ex eo quòd non omnibus in cauſis illis permittebatur iudices dare:verùm per ſe cognoſcebant aut fauore perſonarum, aut fauore earum rerum quæ in iudicium trahebantur : veluti quum de libertate agebatur:l.placet , infrà, de peda.iudicibus.Poſtquam igitur de dominio hominis,&de ſtatu agebatur in dicta lege prima, non licuit per conſtitutionem Diocletiani iudices dare. Quare de illis non poteſt intelligi , niſi fortè dicamus, nõ fuiſſe ingenuitatis, aut libertinitatis relatam quæſtionem. nam non vbicunq; de dominio ſerui contẽditur , ibi ſtatus controuerſia mouetur.Ergo verior erit ſentẽtia,actionem ad exhibendum præparatoriam eſſe:de qua qui cognouerit iudex de principali quæſtione cognoſcet:vt explicat Alex.cõſi.lviij.circa primũ,vol.j.Dec.hanc cauſam probauit,cur titulus ad exhibendũ tractatũ rei vendicationis ſequatur:quòd non ea ſolius vendicationis ſit præparatoria,ſed etiã petitionis hæreditatis, & illius actionis , quæ de communi diuidũdo proponitur. Quare omnes titulos ſequitur,quos modo enumerauimus:argumen.rubri.communi.legat.item illius titul.communia,de ſer. Vidẽtur hi aliquid dicere,cùm nihil prorſus dicant. Etenim ſi rei vendicationis cauſa maximè introducta eſt hęc actio (vt vult gloſſa in l.ad rem mobilem,ff.de procuratoribus,lege ſecũda,infrà,quan.&qui.quar.pars deb.)cur habita ratione ſolius vẽdicationis pręmiſſa nõ eſt?arg.l.ſi quis nec cauſam,in prin.ff. ſi cer. petat. denique ſi omnium earum actio

actionũ preparatoria eſt,cur ante omnes non collocatur?Sed ſatius fuerit hæc dimittere, neq; in his nugis tantũ temporis cõſumere.

Abſoluta videri poterant omnia,quæ ad hanc rubricam pertinent,niſi hic titulus diſtinguen-
20 dus † eſſet ab alijs, quæ magnam cum eo habẽt affinitatem.Sciendum,itaque eſt,de editione actionis agi in tit.de libel.obla.non tamen de reliquarũ ſcripturarũ exhibitione.In tit.autem,de fid. inſtrum.vis,& probatio explicatur: cùm hîc de ſola exhibitione agatur.Difficultas omnis in hoc potiſſimùm ſita eſt, vt tractatũ noſtrũ ſeparemus à tit.ad exhi. cùm de editione rationum atq; inſtrumentorum non minùs ibi,quàm hîc agatur:l.iij. §.interdum, ff.ad exhib.& ex eadẽ cauſa,quod ſcilicet petentis interſit,l.iij. §. ſciendum,eod.titu.& latiùs perſequemur in l.j.infrà eo.Multæ tamen intercedunt differẽtiæ, ex quibus facilè colligamus,nihil ferme cõmune inter ſe habere. Primùm quòd ibi de editione actionis nihil agatur. Secundò quòd hîc de rerũ mobilium exhibitione nihil tractetur. Tertiò poſtulatur ibi exhibitio,vt in publicũ res producatur,& experiũdi aduerſario poteſtas fiat:hîc autẽ editio petitur, vt legendi,& deſcribẽdi facultas detur:l.j.in prin.ff.eo. Quartò fit ex eod.tit.editio ratione dominij aut quaſi: vel ſaltẽ occaſione præcedẽtis mandati,vel alterius contractus:at hîc nunquã ea cauſa cõſideratur,nec ea via petitur editio:quod latiùs infrà exequemur. Quintò iure actionis ibi petitur editio:hîc officio iudicis,l.j.in fin. hoc titu. Sextò ſi quis editionem petat, quòd ſua interſit: intereſſe autem ob hanc vnam cauſam contendat, quòd lectis aduerſarij inſtrumentis, aut rationibus, magnam ſit conſecuturus vtilitatem: earum rerum fidem facturus,quas nũquàm aliâs ſit probaturus, ceſſat actio ad exhibendum: lege penultima, eodem titulo. At fortaſſe ex hoc tractatu, editio non malè poſtulabitur: quòd ſuo explicabimus loco. Edendi varias ſignificationes referre, nihil attinere iudicauimus: tum quòd Grammaticorum id ſit munus proprium, tum quòd facilè quiſq; ſibi eas lexicis & iudicibus parabit. Edere
† nihil aliud eſt quàm demon- 21
ſtrare, & copiam legendi atque deſcribendi facere. De edenda actione ſigillatim in lege tertia, dicemus, ne in vnum locum omnia conijcientes, eos imitemur quibus id ſolùm propoſitũ eſt, vt multa dicant,non vt apta.

IVLII RONDELINI MASSILIENSIS IN LEGEM PRIMAM COMMENTARII.

C. De Edendo.

LEX I. IPSE DISPICE.

Imperator Pius Antonius Aemilio.

IPSE DISPICE Quemadmodum pecuniam quam depoſuiſſe te dicis, deberi tibi probes. Nam quod deſideras vt rationes ſuas aduerſaria tua exhibeat: id ex cauſa ad iudicis officium pertinere ſolet.

EPITOME.

1 Ratio de iure ſcribendi quae eſſe debeat: & quae autho. impulerit. Litigator qui ſine probationibus iudicium ſuſcipit inſanus creditur: & actoris magis quàm rei culpa damnatur.

2 Reus cur fauorabilior ſit actore: & cur exceptio reorum perpetua, actorum verò actiones temporales ſint.

3 Actore non probante reus abſoluendus eſt. & vide declaratio. &

& huius abſolutionis effectus.

Actor non probans, ob vitæ ſanctimoniam, an ab expenſis liberetur.

Sentẽtia & res iudicata prætextu nouorum inſtrumentorum an retractetur.

4 *Actor non probans per eum aſſerta, an vti temere litigans ſit aduerſario in expenſis condemnandus.*

Lis ac negotium nonnunquã varijs ex cauſis deciditur.

Probationis nullum genus efficacius eſt quàm quod ab aduerſario proficiſcitur.

5 *Rationis vocabulo hîc Codex ſignificatur, in quem data & accepta referuntur argentariæ cauſa: & reprobatur opinio credentium inſtrumenta hoc nomine ſignificari.*

Saliceti excuſatio quod ratio pro inſtrumento ſumatur reprobatur, necnon & Purpurati.

Verborum interpretatio ab eruditis eorúmque vſu ſumenda eſt: à quibus cõmunis vſus ſumitur: & non ab indoctis.

6 *Argentaria à fœmina an exerceri poßit, & an id ei per ſeruum liceat.*

Principi in grauioribus cauſis moris veteribus fuit ſupplicare.

7 *Pecuniæ depoſitæ cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, & executionem paratam habet: & vide multa explicata.*

Conſtitutio generalis quando includat caſus priuilegiatos: & an priuilegia ſint multiplicãda.

Statutum nullas admittens exceptiones contra inſtrumẽtũ nunquam exceptiões impedit niſi planè probentur.

Iudex omnia experiri poteſt ex officio vt veritas obruta eruatur: & ei licẽt multa ſingularia.

Probationes de domo rei ſumi, quibus ipſe pereat, nimis graue eſt.

8 *Poſitionibus actoris reus reſpondere compellitur & quo iure poſitionum vſus fuerit.*

Curt. iunior differẽtias attulit, cur faciliùs interrogationes quàm editiones admittantur, qui ab auth. temeritate notatur: & plura notantur.

Copia actori facienda eſt illius tantùm capitis quod ad rem pertinet, & non Codicis totius.

Iuſtinianus ſummo iure ſanxit ne quis in Pandectas aut ſacras cõſtitutiones commentarios ſcriberet.

9 *Reſponſiones & editiones nihil differre poſt multam diſceptationem voluit author.*

10 *Probationes de domo rei ſumi, lex abſurdum putauit, & quid de iure nouißimo tum in rationibus, poſitionibus, cùm in interrogationibus.*

11 *Poſitionibus actoris, reus quibus*

cogi poſsit reſpondere.

Poſitioni criminoſæ & turpi reſpondere nemo cogitur: & an quis huiuſmodi poſitiones edere cogatur.

12 *Rationum Codices an ſcribentibus necnon alijs proſint, & quando probent, & quæ ad id requirantur vt probent.*

Probationes omnes hodie arbitrariæ creduntur.

13 *Rationum Codices, an contra ſcribentem probent.*

Confeſsio facta abſente aduerſario etiam in iudicio, an noceat confitenti: & quid aduerſario præſente.

14 *Rationum editio, an à tertio peti poſsit ratione intereſſe petentis.*

Publica ſcriptura creditur quæ publicam autho. habet.

Inſtrumentum à notario confectũ ſi teſtibus non comprobetur an fide careat.

15 *Reus cur edere non compellatur: & videas quando fauorabiliores ſint actoribus rei, & quando pares.*

Intellectus l. penultimæ, §. fina. ff. ad legẽ Falc. explicatio: ibi deſcribere, annotare non edere ſignificat.

Reo quoties non editur ab actore, neque vice mutua à reo actori editur: & vide caſus quibus non editur.

16 *Editio mutuò fieri debet in duplicibus iudicijs cur: & vide quæ dicantur duplicia iudicia.*

17 *Edere an cogatur extraneus documenta propria in lite aliena.*

18 *Teſtis an quilibet eſſe compellatur etiam in lite aliena.*

19 *Edere nemo compellitur cõtra fiſcũ, idq́ ſingulari iure: & vide quomodo procedat.*

Defenſiones agreſſo adimi naturalis æquitas non patitur.

20 *Editio quando rectè ab extraneo poſtuletur.*

21 *Edere an extraneus cogi poſsit ea quæ à ſeipſo, aut à notario petere poteſt.*

22 *Editio rationum, an rectè ad inſtrumentorum editionem trahatur.*

23 *Inſtrumenta aduerſario quæ ſint edenda: & quid inſtrumentorum nomine contineatur.*

24 *Ratio diuerſitatis aſsignata à Purpurato, cur faciliùs quis cogatur ad editionẽ rationum quàm inſtrumentorum à Bald. Iaſo. & Deci. approbata ab author. retorquetur.*

Ratio generalis generaliter eſt intelligenda.

25 *Fiſcus agens, aduerſariũ inuitum cogit rationum & inſtrumentorum ſibi copiam facere ex priuilegio: & an id vectigalium & gabellarum conductoribus competat.*

Priuilegium perſonale perſo-

nam

nam non egreditur.

Editionis petendæ facultas perſonalis eſt.

26 *Editionis beneficium fiſco competens, an competat habenti cauſam ab eo, & vide intellectum § item diui, l. ij. ff. de iure fiſc.*

Lex indefinitè loquens reſtringenda an ſit.

Reorum beneficium ab æquitate, & ſumma profectum humanitate, indefinita oratione tolli, abſurdum eſt.

27 *Exceptio à lege expreſſa complectitur caſus maiorē vel æqualem rationem habentes.*

Decij coniectura reprobatur.

28 *Fiſci cauſa quando deterior eſt quàm priuati.*

Fiſcus vt edere cogatur, quæ requirantur.

29 *Editio quibus caſibus poſſit peti ab actore priuato à reo.*

30 *Editio non repetitur niſi ſuperueniente caſu fortuito abſq; vlla culpa actoris.*

Teſtes minus idonei quādo de iure recipiantur.

Delictum quādo coniecturis probetur.

31 *Probatio caſus fortuiti edendi an à iuramento rei, vel actoris, vel alijs probationibus ſumi debeat.*

Probationes manifeſtæ interdum teſtibus, interdum coniecturis perficiuntur.

32 *Editio, an iuſtè denegetur actori aſſerenti ſe nunquam habuiſſe facultatem probandi.*

Iudicis officium in omnibus actionibus æquale eſt in ijs quæ contingunt poſt litem conteſtatā.

33 *Actor iuramento ſuo ſolo, an probare poſſit documēta ſibi perijſſe, & ita reū cogi poſſe ad edendum.*

Iuramentum calumniæ in omni actione exigitur, neque tamen eo minùs probationis onus actor & reus ſubeunt.

Probatio omnis ſolo iuramēto impletur in iudicijs ſummarijs.

34 *Editio non ſummariam, ſed plenàm cognitionem deſiderat.*

35 *Editio quando obtineri poſſit à reo ſolo ſuo iuramento.*

Iuramento ſolo ea probantur, quæ modici ſunt præiudicij.

36 *Iuramento ſolo impedimentū eius qui in iudicio adeſſe nō potuit, an probari poſſit.*

37 *Probatio quandiu certa haberi poteſt ad iuramentum non recurritur.*

38 *Probatio ab eo, qui ſe amiſiſſe dicit inſtrumenta, ea requirēda eſt, quæ haberi poteſt.*

39 *Fiſcus quò ad regulam huius tex. nihil habet ſpecialitatis, vt ſentit auth.*

Iudicium capitale quando intelligatur.

40 *Edere reus contra ſe quando, &*

quibus caſibus cogatur in capitalibus: & vide rationes: & quæ ſit recepta.

41 *Edere reus cogitur in capitalibus quoties familiam ſuam in caput ſuum producere cogitur: & ibi vide opin. Bar. Aquen. Alci. & Purp.*

Diſpoſitiones odioſæ non ſunt extendendæ.

Conſtitutiones pertinentes ad crimen detegendum ſummum rei publicæ fauorem continent.

Hoſtes nobis tot ſunt, quot ſunt ſerui.

42 *Quæſtio cur temere, aut paßim fuerit prohibita de ſeruis in dominos ab Imperatoribus.*

43 *Argumentum an procedat de familiæ exhibitione ad inſtrumẽtorum & rationũ editionem.*

Reus an indiſtinctè poſitionibus actoris reſpondere cogatur. remiſſ. & vide reprobationem Alcia.

Confeßio quid ſit in ciuilibus.

44 *Opinio Purpura. & Alcia. contra Aquen. nec lege, nec ratione probatur.*

Quæſtionis cauſa ſubſidiaria eſt, vbi nulla ſupereſt probandi via.

45 *Conſuetudine quadam immani, & iudicum ſæuitia eò deuentum eſt, vt nõ aliter hodie de liberis hominibus quàm olim de ſeruis quæſtio habeatur.*

Initium fieri aut ſumi non debet à tormentis, & pleriq; in ea re grauiter peccant.

46 *Tormenta nunquam adhibentur niſi magna indicia præcedant, & confeßio aliter extorta non nocet cõfeſſo, quãtunuis extra tormenta probata.*

Criminalium & capitaliũ an par ſit cauſa.

Edere reus non cogitur quoties ſcelus crimẽnque ſuum detegeret.

47 *Criminales cauſæ an in vniuerſum communibus regulis includantur in hac editionis cauſa.*

48 *Fiſco agẽti citra aliam cauſam ad probandum illius intentionem an ſit edendum in cauſa capitali & criminali: & quid author ſentiat remiſ.*

Exempla non reſtringũt regulam.

Editio hæc cur recepta ſit.

49 *Fiſco, & illius exemplo cuicunque priuato aſſerenti citra culpam illius ereptã probandi ſibi fuiſſe facultatem, an ſit edendum à reo, in ciuilibus, criminalibus capitalibus, & non capitalibus.*

Sententia humaniorampl ectenda eſt in criminalibus negotijs.

Actori à reo edendum quando ſit in criminalibus & capitalibus.

50 *Editio in criminalibus & capitalibus quando à reo rectè poſtuletur.*

51 *Editio an rectè petitur à fœneratori*

toribus conuentu iure quodam ſingulari, & cur.

Fœneratores non tenentur edere priuſquàm vſurarij fuerint probati, nam qualitas ante omnia eſt probanda.

Vſurarius an quis probatur ex pluribus concurrentibus iudicijs, & an ſola fama ſufficiat.

52 *Editio rectè petitur ab vſurario, qui non deſierit vſuras exercere, & cur.*

53 *Editio rectè petitur ab vſurario, ſi de vſuris repetendis agatur.*

Vſurarij qua via cogi poſſunt edere.

54 *Vſurarij non ſolùm tenentur exhibere eorum codices, verùmetiã omnem ſchedulam priuatámq; ſcripturam ſiue ad fœnus pertineat ſiue non.*

55 *Clementina prima, de vſuris locus eſſe non poteſt, niſi conſtiterit quem fœneratorem eſſe, planeq; crimen detectum ſit.*

56 *Clementina prima de vſur. an vendicet ſibi locũ in hærede vſurarij, à quo fœnus per defunctũ exactum repeteretur.*

Iuramento ſolo quãdo probari poſſit amißio inſtrumentorum & librorum.

57 *Vſurarius edere ſemper compellitur ſiue iure ſiue iniuria vſuras exercuerit ex communi ſententia, etiam ſi vſuras manifeſtè exercuerit, & quomodo.*

58 *Clementina prima de vſuru, an vendicet ſibi locum in nautis caupo. & ſtabularijs.*

59 *Reus ad editionem compellitur ſi mandato actoris ſcriptæ ſint rationes, & petentis interſit.*

§. pertinere, l. ſi quis ex argentarijs, ff. eod. generaliter intelligitur, licet de argentario loquatur.

60 *Text. huius legis de qua editione loquatur remißiue: & in quibus perſonis locum ſibi vendicet.*

61 *Reus an ob ſolum intereſſe petentis caſſante mandato cogi poßit edere: & Bald. opinionem refellitur.*

§. interdum, l. iij. ad exhibendum, intellectus.

Mandatum eum duntaxat afficit: qui eum ſuſcepit, nec ad ſingulares ſucceſſores tranſgreditur.

Argui rectè nõ poteſt ex diuerſis.

62 *Reus cogitur edere rationes, quas quis ex officio conſcripſiſſet, & vide exempla.*

Argentarij quibus præerant negotijs.

63 *Argentarij duobus concurrentibus edere cogũtur: & cur id edixerit prætor.*

46 *Argentarij an iure actionis, vel officio iudicis, vel actione in factum edere cogantur, & vide opiniones & an conferantur.*

Mandatum originem ex officio atque amicitia trahit.

Neceßitas omnẽ conſenſum tollit

actionémque oriri impedit.

Argentariam menſam ab initio exercere nemo compellebatur.

65 *Argentarius an actione mandati ſeu in factum teneatur, ſi mãdatum præceſſerit ex Alexan. & autho. ſententia.*

Inſtrumentorũ amiſſio iuramento ſolo probatur, quoties quis iudicis officio tenetur, ex Bartoli ſentent. quod abſurdum credit auth.

66 *Edere an cogantur omnes, qui actus ſui diligenter rationes conficiunt ex conſuetudine tanquã eis mandatum videatur, & vide reprobatio. Barto. & communis.*

Argumentum an procedat de argentarijs ad numularios, & de numularijs ad negotiatores.

Argentarij edere non coguntur niſi eis mandatum ſit ex mente Bal. & ſequa.

67 *Argentarios cur ſingulari tractatu dignos putauit Prætor.*

68 *Mandatum propter conſuetudinem an præſumatur.*

69 *Notariorum vſum veteribus ignotũ fuiſſe falsò credidit Iaſ. & vide eorum diuerſa nomina qui edere coguntur numulariorum & argẽtariorum exemplo.*

Notarius quomodo rogatus, & ei mandatum præſumatur.

Mandatum an præſumatur in argentarijs, mercatoribus, & notarijs.

70 *Extenſio an ſit licita de teſtamentis ad omnia inſtrumenta.*

71 *Notarij cur longè faciliùs edere compelluntur ſine mandato quàm argentarij, & ibi ratio Alciati reprobatur, & vide plures rationes.*

Editionis huius effectus eſt, vt quum inſtrumentis ſe vſurum aduerſarius profitetur, communia eſſe incipiant quò ad probandum.

Confeſſionem ſcindi non poſſe quomodo intelligatur.

72 *Capita coniuncta eiuſdem ſcripturæ quæ ſint, explicat Barto. in l. Aurelius, § idem quæſijt, de liber. leg.*

73 *Capita diuerſa quàm pro parte approbari, reprobari-ve eadẽ ſcriptura poſſunt: & vide quæ dicantur diuerſa capita.*

Teſtis ſemel approbatus reprobari nõ poteſt, niſi ex noua cauſa certi iuris eſt.

Capita quæ coniuncta, quæve disiuncta ſint in ſcriptura extranei, iudicis arbitrio relictum eſt.

Proteſtatio, quæ ad declarandam voluntatem noſtram ambiguã inuenta eſt: a voluntate noſtra vim habet, quæ deficiente ipſa quoque deficit.

Scri-

74 *Scripturæ approbatæ partem reprobare licet, quoties reprobationis offertur probatio.*

75 *Reus actori edere cogitur ad illius intentionem corroborãdam & confirmandam & non fundandam, & vide exempla.*

76 *Teſtamentorum fauore inductum eſt, vt obſcura dubia incertáque voluntas coniecturis declaretur certáque reddatur.*

Probatione incertiſſima in re incerta quando quis vti poſſit, ex mente Decij: quæ Decij opinio ab autho. refellitur.

Argumentum an procedat à iuramento ad editionem.

77 *Iudex dum edi actori iubet, non adſtringitur cauſam à iure expreſſam ſequi.*

78 *Iudex an debeat cauſam exprimere in ſententia, cur reum actori edere compellet.*

Iudex niſi iuſta de cauſa recedere nõ poteſt à regula, victum victori in expenſis condemnandum.

Cauſa an ſit exprimenda in ſententia interlocutoria vel diffinitiua, & an ſit pro ea præſumendum.

79 *Editioni huius an ſit locus, an ſit à iudice ſummariè agnoſcendum.*

80 *Edere recuſans poſt iudicis decretum ad id quod intereſt petentis condemnatur: nec intereſt dolo vel culpa non edat.*

81 *Probatio eius quod intereſt fit aut inſtrumentis aut teſtibus: & alijs legitimis probandi modis, & plura notantur, & quomodo iuramentũ intereſſe petentis probetur.*

Iuramentum propter moram defertur, quod veritatis appellatur: mora autem nõ ſolùm dolo ſed etiam culpa contrahitur.

82 *Reus actori edere cõpellitur, ſi meliùs ea ratione ſibi conſultum putet actor quàm perſecutione eius quod intereſt.*

83 *Probatum id creditur ſi de non exhibentis probationem contumacia conſtet.*

84 *Iudex an fidem detrahere poſſit ſcripturæ, cuius editio recuſatur.*

Iudex poteſt terminum actori præfigere, quo elapſo non audiatur.

Contumax an litis diſpendio coërceri poſſit & quando.

85 *Glo. l. j. in fin. ſi quis ius dicen. non obtemp. gemina explicatio.*

Differentia plurima intercidit inter has clauſulas quanti ea res eſt: & quanti intereſt.

86 *Officium iudicis mercenarium dicitur ex docto. ſententia, quod actioni iam propoſitæ deſeruit, & in quibus verſetur.*

87 *Exhibuiſſe quis rectè dicatur codicem vel inſtrumenta.*

Aduerſarius ex vno capite rationum an inſtrui poſſit.

88 Aſſerenti integrum caput editum non eſſe incumbit probatio, & ibi vide quomodo contenta in inuentario, & inopia probetur.

89 Rationes cur cum die & conſule ſint edendæ, non autem inſtrumenta Accurſ. & Bartol. ratio reprobatur.

90 Rationes vel inſtrumenta à notario eo edi eportet loco vbi cō fecta ſunt, & quid ſi alio petātur loco quàm quo cōfectæ ſunt.

91 Editionem vi actionũ, vel officio iudicis fieri, an ſuperuacuè quæratur

92 Interpellatio ſola extra iudicium facta, an eũ conſtituat in mora qui officio iudicis tenetur.

Obligatum ſatis eum credimus, qui officio iudicis tenetur.

93 Heredem obligatum non relinquit, qui ſolo iudicis officio cogi poteſt.

Heredes patris an filiam cogantur dotare.

94 Appellari an poſſit quoties iudex ſuper ijs pronunciat, quæ eius arbitrio commiſſa ſunt, & quid ſi ſuper ÿs pronūciat quæ iure actionis competunt.

Iudex iniuriam facit, ſi quod debet non facit.

95 Iuramento ſolo an probari poſſit amiſſio, ſi officio iudicis reus teneatur, & quid ſi iure actionis & quid de intereſſe.

RONDELINVS.

IN DIGNUM venia Cato Albinum iudicauit, quòd prudens ſciensque ſe in eas anguſtias præcipitaſſet, vt venia petenda eſſet. quò fit vt mini mè recuſem, quò minùs in his cōmentarijs ſtudium noſtrũ reprehendatur, cùm maluerim in multas chartas hanc interpretationẽ extendere, aliena referendo, refutandi aut approbandi cauſa, quàm ſingulis de rebus, noſtrum interponentes iudicium, in compendium omnia contrahere. Me liùs certè cum hac diſciplina ageretur, ſi notas quiſque ſcribere, in animo habuiſſet, & aliorum inuẽtis neceſſaria, ſuperflua, aut prætermiſſa, ſiue incuria, ac negligẽtia ſiue imperitia, detrahere, aut addere maluiſſe, quàm toties eadem inculcando, repetendo, & interpolando, non ſolùm ingentium librorum lectione iuris ſtudioſos onerare, ſed etiam in ſummam obſcuritatem ac difficultatem

tem omnia adducere.Cùm tamẽ in has quorũdam hominum inſanias inciderim, qui verboſos ſolùm commentarios laudent, & admirentur: atque vel eorum petulantia ferẽda ſit, vel omnia ſurſum deorſumque miſcenda, prudens,ſcienſq; de editione inſtrumentorum, atque rationum, nõ quo modo ipſe cenſui, ſed quo ipſi volunt,diſputabo: ea tamen lege, vt ſyncerè omnia,citra perturbationem tradantur: Sed rem ipſam aggrediamur,ne hoc tẽpore,quod nobis ad profitendũ datur, abuti potiùs quàm vti videamur.

Inſanus eſt litigator qui ſine probationibus iudicium ſuſcipit, hoc eſt, ſine armis dimicaturus venit: longè tamen maior in ea re actoris quàm rei culpa deprehenditur: propterea quòd in manu illius eſt,quando ad iudicium prouocet:reus autẽ nihil plerunque ſuſpicans rapitur in iuseò,ſit
2 vt fauorabilior † rei ſit cauſa, quàm actoris:regu fauora. & maiores reo in tractandis iudicijs dẽtur dilationes:auth.ſi quãdo, infrà,de dilatio.l. finali,ff.eod. titũ. Sintque perpetuæ reorum exceptiones, cùm tempore finiantur actorum actiones:l.purè, §.finali, de doli ma.& met.excep.ob hanc cauſamvbique admonetur actor vt probationes habeat,ſiue agere velit,ſiue accuſare:l.qui accuſare hoc titul.l.nimis graue, infrà, de teſt.cui conſilio niſi paruerit, hãc potiſſimùm pœnam patietur:
quod † reus abſoluetur:Roman. 3
conſil.cxcij.ſicuti in poteſtate.domini de Rota deciſione clxj. vbi exemplum delegans proponunt: licet actor in nouis, nec ei quicquam prodeſſet docuiſſe aduerſarium nihil iuris habere:l.final. infrà,de rei vendi.. Abbas in c.cùm ſuper, de confeſſ.gloſſ.final.in c. vnico,de eo qui mitt.in poſſ. glo. in capitulo primo,vt lite pendente,c.olim,extrà, de reſcript.l.militis codicillis, §.veteranus,de milit. teſtam.l.j. §.j.ff.ſi pars hæredi. petat.l.ſi à te, §.j.de exce. rei iud. ſecundum vnam lecturam: ſiue intentionẽ probare poſſit actor, ſiue per rerum naturam non poſſit:quod euenit in negatiua: Bal. elegãter in l.qui accuſare, nume. 5.infrà, eod. ſuaderi id poteſt ex generalitate c. fin. §.fin. de iureiurand.&,c.inter dilectos, de fid. inſtrumẽt.c.vnico,vt eccleſ. beneficia ſine diminu.confe. l. actor, infrà,de prob.nec propter dignitatem actoris inde recederetur: aut propter vtilitatem conuenti: Specu.in titul.de prob. §.probare,notat Bald.in c.j.extrà, vt lite pend. Iaſon tamen in l.iubemus,

infrà, de iud. numer. 10. vult à regulis cõmunibus recedi propter dignitatẽ, aut vitæ integritatem, etiam vbi de probationibus agitur. multa in eam ſententiam cumulat Iaſon in dicta lege iubemus: quæ nunc nihil attinet referre. Purpuratus in dicta l. qui accuſare, numero 16. in hoc duntaxat 4 faueri vult actori † non probanti, propter vitæ ſanctimoniã: vt in expẽſis non condemnetur, quaſi temere non litigauerit. citat Hoſtienſ. in capitulo, finem litibus, de dol. & contuma. quorũ opinionem ſequerer, ſi vel lege probaretur, aut ſaltem legi non refragaretur. Cùm autem videã diſertè omnia fuiſſe propoſita, & explicata varijs in locis, vt nullus dubitandi ſit relictus locus, non eſt quòd propter turbulentiſſima alioquin doctorum hominum ſomnia legem puriſſimam corrumpamus. Probabilius certè mihi ſit quod voluit Franciſcus Curt. nu. 10. poſſe iudicem ob huiuſmodi ſuſpitionem, de qua ſuprà, reum ad iuramẽtum compellere: l. præſenti, §. ſicubi: vbi gloſſ. ſuprà, de his qui ad eccleſ. confug. auth. nouo iure, de pœn. iud. qui mal. iudicauit: cùm ceſſante omni probatione, & ſuſpicione, compellendus non eſſet reus iuramẽtum hoc ſubire. Bal. in l. in bonæ fidei, infrà, de iureiur. nu. ſecundo. latè Iaſon in repetit. l. admonendi, nume. 72. de iureiur. Abſolutionis verò huius, quę ſit actore non probãte, effectus hic eſt: vt quanuis noua inſtrumenta inuenerit actor, aut quouis alio modo probandi facultatem adeptus fuerit, ampliùs non admittatur. gloſſa in autheni. qui ſemel, infrà, quomodo & quand. iud. maximè ſi legitimas acceperit in eam rem dilationes, vt ibi declarat Bald. circa finem: Alexander in l. properandum, §. & ſi quidem, infrà, de iud. Anto. de Butr. in c. prout, de dolo & contu. non enim poteſt videri nihil probatum, niſi priùs terminus præfixus fuerit. Bartol. in l. admonendi, de iureiurand. ſed potiùs nihil actitatum, vt declarat Iaſon eodẽ loco, numero 75. mouentur omnes, argumento l. ſub prætextu, infrà, de tranſ. l. ſub ſpecie, infrà, de re iud. l. Imperatóres, ff. de re iud. l. argẽtarius, §. quum autem, ff. de eden. facit quod voluit Bart. in l. Titia, ff. de accuſ. gloſſ. in clement. fina. de appell. Iaſon latè in l. admonẽdi, ff. de iureiurando, numero 80. Romano tamem hæc diſplicuit ſententia, quam iure longè probabiliorem exiſtimo, licet illa prima receptior ſit, non in ſcholis ſolùm, ſed etiam in iudicijs. etenim

ſi ab

ſi abſoluitur diffinitiuè reus, nec iterũ de eadẽ re litẽ mouere permittitur, quòd nihil probauerit, cur relaxandum duntaxat eſſe reum traditur in l. properãdum, §. & ſi quidem? cui citra calumniã ea adhiberi non poteſt interpretatio, & diſtinctio, quam omnes ferme ſequuntur.me etiam non parùm illud mouet, quòd videam de his duntaxat iudicem pronũtiare debere,quæ & petita, & probata ſunt.nam vtrunque neceſſarium creditur, nec alterũ ſufficeret:l.vt fundus, comm. diuid.l.finali,infrà,de fideic. Curt. iunior in l.edita,nu.16.infrà,eod. Cùm ergo nihil debere reum minimè conſtet eo ſolo, quòd nihil probauit actor,nihil cauſę eſt cur vinculo obligationis eum eximat, ſi qua contracta eſt: vt ſentit gloſſ.in l.Iulianus,verum debitorem,de condit.indeb.Denique ſi liberationem conſequitur, hoc caſu, reus tantum conſequetur non probante actore, quantum cõſequeretur, ſi nullo modo debitam eſſe probaſſet eam quantitatem,cum iur.eod.in l.circa, de prob.in l.libertis,de liber. cau.aliquid intereſſe ſignificauerit, an non probet actor, an prætereà onus probandarum ſuarum exceptionum reus ſuſcipiat: niſi aliquis dicat diſcrimen fieri quo ad extraneos, quibus ingenuitatis ſententia, ſi probauerit reus,nocebit,niſi colluſionem detegant: l.ingenuum,ff.de ſtatu homi.latè Alex.in l.ſępe,de re iud. non quo ad actorem,ratione cuius ſemper ingenuus habebitur qui in ſeruitutem vẽdicabatur, quantũ ad l. ſub prætextu nullo negotio ea vitari poteſt. nemo etenim negat ſentẽtiam,& rem iudicatã,quæ finem controuerſiæ impoſuit,prętextu nouorũ inſtrumentorum, non eſſe retractandam:hoc quærimus,num iudex & poſſit,& debeat finem controuerſiæ imponere,non probante actore: an verò in ſuſpenſo omnia dimittere, interloquendo potiùs quàm definiẽdo.videtur Iaſon potiſſimùm moueri ex l. ſi quis ex argẽtarijs, §.cùm autem, ff.eodem: ex qua non malè id probaretur, ſi vel principaliter de hac re eo loco ageretur, aut ſaltem conſtaret, eam vnam fuiſſe cauſam,cur à petitione ſua ceciderit, quòd actor probare non potuit. Cùm autem pleręque cauſæ potuerint contingere, cur debitum amiſerit, aut quia reus nihil deberi probauit, quas probationes refellere non potuit inopia rationum denegatarum, aut quia tempore poſteà excluſus eſt,aut quòd iniuriã fecerit iudex:non intelligo quid ne-

ceſſario ex ea concludat Iaſon: cui ſententiæ, & illud conuenit, fruſtra Abbatem in c.fina. de iureiur. Bartolum, Iaſonem, Caſtrẽſem, & reliquos omnes in l.admonendi, ff.de iureiur. inquiſiuiſſe, num intra tempus præfixum iuriſdictioni aut à lege, aut à paſciſcentibus, non probante actore, reus ſit definitiuè abſoluendus: de quo nihil dico ampliùs, ne plus quàm par ſit, nos à propoſito aberrare contingat.

Pœnam prætereà haud contennendam actoris non probantis prætermittere nolo: quòd
4 expẽſas † omnes aduerſario refundat, quaſi temerarius litigator. l. eum quem temere, in princ. ff.de iudi. l.qui ſolidũ, §.etiã, ff.de leg. ij. l. properãdũ, §. ſiue autẽ alterutra parte, infrà, de iudic. quòd ſi aliquam probationem haberet ſaltem ſemiplenam, facilè excuſaretur, nec pro calumniatore haberetur. Baldus in l.qui non probâſſe, in princ. infrà, de calumni. Speculat. in titul. de calumnia, in fine, latè Alexander in d.§.ſiue autem alterutra, numero 13. facit capit. finem litibus, de dol. & contuma. c.calumniam, extrà, de pœnis. hanc ego cauſam eſſe exiſtimo, propter quam Æmilium conſultorẽ Imperator admonuerit, vt diligenter diſpiceret, quonam modo deberi ſibi pecuniam probaret.

Cæterùm actori non omnis probatio ſufficit, ſed ea duntaxat quæ legitima ſit: cuius definitio, in arbitrio iudicis ſita eſt, potiùs quàm in poteſtate legis. Bald. in l. peremptorias, infrà, ſenten. reſcind. non poſſe: Bart. in tractatu, ad reprimendum, in verb. ſummariè. Itaque modò teſtibus, modò inſtrumentis, modò iuramento negotiũ deciditur: interdum iuris præſumptionibus: l.licet, de lagat. j. interdum ſignis, & coniecturis, vbi alioquin impoſſibilis iudicatur probatio: c.ad tuas, extrà, de proba. illud ſciendum, inter cætera, nullum genus efficacius eſſe probationis, quàm quod ab aduerſario proficiſcitur: ſiue illius voce id fiat: ſiue ſcriptura: vnde vulgò circunfertur, confeſſionem aduerſarij, rem indubitatã reddere, & multas probationes alterius generis per ſe æquare: vt tradunt Aretinus, & Decius in rubrica, exrrà, de probat. Hæc autẽ cùm facilis, expeditaque ſit, actori tentanda eſt ante omnia: vt onere probandi per teſtes, & inſtrumenta ſubleuetur: quæ fortaſſe hũc Æmilium impulerunt, vt ſtatim ab initio edi ſibi aduerſarij rationes poſtulauerit: quibus propoſitis, legis hypotheſim proponam

ponam

ponam:priùs ſi pauca de rationibus dixero:cuius nominis cognitio, etſi facilis ſit,non tamen contemnenda,aut ſilentio prętermittenda : cùm hæc quantunuis leuia,contempta , multum negotij ad grauiora properantibus exhibere ſoleant.

Rationum igitur vocabulo, codicem ſignificari exiſtimo, in quem data,& accepta referũtur, licet paulò aliter Iuriſc. ſentire videatur , in l. ſi quis ex argentarijs, §.rationem,ff.eodē.Sic enim Labeo rationē definit, eſſe vltrò, citroq; dãdi accipiendi,credendi, obligandi,ſoluēdi ſui cauſa negotiationem.Nec vllam rationem à nuda duntaxat debiti ſolutione incipere ait . quam quidem definitionem ſi ſequimur , eueniet vt fatendum nobis ſit , nunquam rationes intelligi, niſi à negotiatorē de negotiatione confici dicamus:hoc eſt, de his geſtis, vltrò citroque obligatorijs, dandi, & accipiendi quæ hoc nomine negotiationis continentur:vt explicat Bart.in l.legatis, in prin. de leg.iij.Abbas in conſil. vj. circa finem caſus, ſuper quo petitæ fuerunt allegationes, volumine primo. Bald.in rub.infrà, de con ſti.pecu.cùm tamen certiſſimum ſit rationes ab alijs confici quàm negotiatoribus. Vitæ ſuæ ſingulos olim diligenter rationes conficere ſolitos, Aſconius Pedianus teſtatur:quod cum negotiatione nihil prorſus commune habet. quare neceſſariũ eſt, vt intelligamus , definitas fuiſſe rationes argentariorum,& numulariorum: de quibus exhibēdis agitur in edicto Prætoris. non enim cōpellit Prætor quaſlibet rationes quoquomodo confectas,ſed eas dũtaxat quæ ad argentariã pertinent, &ex illius cauſa deſcendũt edere: vnde ſi extrinſecus mandatũ receperit, aut pignus, & id in librũ rationum retulerit , non exhibebitur ob eam cauſam , ſi poſtuletur : quòd non ſatis ſit rationũ exhibitionem poſtulari , niſi ob eam petatur cauſam , quæ ex argentaria deſcendit . vtrunque enim concurrere neceſſe eſt . eo fortaſſe modo intelligi poterunt ea verba , nec vllam rationem à nuda ſolutione debiti incipere:vt extra cauſam edicti eſſe videãtur hi libri,in quos referuntur à numulario, aut argentario nomina ſolùm diſſoluta , quanquam ſi in genere de rationibus loquimur, nihil prohibeat quòminus etiam libri hi , rationum appellatione contineantur.

Ex quibus obiter illud annotare poſſumus , peſſimè ſentire eos qui rationis verbum pro in-

ſtrumentis hoc loco vſurpatum credunt . in qua ſententia teſtatur Accurſius nonnullos fuiſſe ſuper verbo(rationes)tum propter l.Prætor ait,in princip.ff.eodem: vbi ſimilitudinem ponit inter rationes , & inſtrumenta: tum ex l. cùm ſeruus,in fine , de condit. & demonſtrat.Itaque,inquit,quum ſeruo ſub hac cõditione relinquitur libertas , ſi rationes reddiderit, non hoc ſolùm continetur, ſi cautiones inſtumẽtaque omnia actus ſui exhibuerit hęredi,ſed & ſi reliqua præſtiterit , quem locũ referre volui,vt vnicuique ex ſola lectione innoteſceret, nullam calumniãdi occaſionem pretermittere , dum acuti videri volũt. quid enim vel falſius,vel ineptius dici,fingíve poteſt,quàm orationis huius vim (ſi rationes reddiderit) verbo rationum accommodare? Quo in argumẽto ſi obſtinatè pergunt , quid cauſæ eſt, cur eodẽ modo non contendant pecuniam,& reliqua rationũ vocabulo contineri?Has,vt opinor, ineptias vt excuſaret Salicetus(nihil enim tã abſurdũ cogitari poteſt,quod non habeat aliquẽ patronum)ex communi, & vulgari imperitorum vſu rationes pro inſtrumentis ſumi aſſeruit,quod hi etiam publica inſtrumẽta,iuraq; appellant rationes: qua in re decipi potuit Salicetus:nam vulgus iura quibus ſe tueantur rationes appellat,hoc eſt litigandi cauſas, non eos codices, in quos data & accepta referũtur, de quibus agimus.Purpuratus hîc calumniã calumnia,&(vteſt in prouerbio)clauũ clauo trudere conatur, ſi, inquit,ſuper depoſito inſtrumentũ factum fuiſſet,ad deponẽtem ſolùm pertinuiſſet , cuius cauſa huiuſmodi celebratur contractus : Albe.in l.Prętor,in princi.ff.eod. quaſi verò nõ potuerit depoſitaria in alijs inſtrumẽtis (quorum fortaſſe exhibitio petebatur) huius depoſitę pecuniæ meminiſſe. Sed quid his nugis eſt opus , cùm videam non de vulgi ſermone; ſed Imperatoris hîc agi,ſciamque ita ab eruditis & linguæ Latinæ peritis hominibus vſurpari hoc nomen,vt ab inſtrumentis longè lateque differat,à quorũm vſu ſumenda eſt interpretatio?vt notat Bartolus in l. Labeo,de ſuppelle. legat.idem in l.ſi quis filiabus, ff. de teſtament. tutel.idem in lege, libere , de verborum & rerum ſignificatione, in l.ſi quis earum, de leg.tertio . Alexander conſil. ſecundo,volumi.primo , numer. 17.Bal.in l.lege duodecim tabularum,de leg.hæredi. & licet verum ſit , ſecundum communem vſum loquẽdi interpretationem eſſe

eſſe faciendam:l.librorũ, §.quod Caſſius,de lega.iij.Abbas in capi. quamuis,de verb.ſig. cano.quan quã,ij.quęſt.vij.interpretes in rubrica de noui oper. nunciation. Abbas in cap.ij. de arbitr.Ioann. Andr.in c.fundamenta, de elect. libr. vj. tamẽ communis hic vſus loquendi à peritorum conſuetudine petendus eſt:diſertè Romanus in rubric.de noui oper. nun. per l.ſi initium, ff.de euict.l.item Prætor,ff.de ſuis & legi. l.ita vulneratus,ff.ad l.Aquil.quod nullã controuerſiam patitur, vbicunq; de ſermone eruditorũ ageretur. Bald.in c. j. de ſucceſſione feudi, Alex.conſil.lxxxv.animaduerſis, volumi.iiij. Æmilius Ferrettus in rub.de verbor.obligat.nu.7.Inn. in c.quum tibi,in fine,de teſtam. licet Bald.in l.quòd ſi nepotes,de teſta.tut.Roma.in l.in teſtamento,infrà,de militar.teſt. differentiam hanc reiecerint,atque id minùs legitimé. Poſtquam igitur de interpretatione hîc agimus principalis reſponſi, nõ eſt quòd recurramus ad incertã Imperatorum conſuetudinem, omiſſo certiſſimo doctorum vſu. Quod magis, ac magis verum eſſe fatebimini,ſi cauſam intellexeritis, propter quam ad hanc ſententiam deuenerint. Animaduer-
6 terunt enim per fœminam,† Argentariam exerceri non poſſe: l. fœminæ, ff. eodem,quòd lex eorum pudicitiæ conuenire putauerit,vt Alciatus ait, ne perſonam ſuã hoc in munus publicè exhiberent: argument.l.quæ adulteriũ, infrà,ad leg.Iu.de adul.c.j.de vit. & honeſta.cleric.libr.vj.vt ne per ſeruum quidem id ei liceat, vt veriſſimè contra Iaſonem Decius hîc aſſeruit, nume.12.l.non licet, de contr.emp.&ven.l.neque, de hęr.inſt.l.ſi mihi & tibi, §.regula, de leg.j.l. Labeo, §.fi.de vſuc.l.pupillus, §. fin. de aut.tut.l. ij. §.j.ff. de admi.rer.ad ciui.pert. Cùm ergo Argentariã non potuerit exercere mulier,nihil eſt,inquiũt,cur rationum editio poſtuletur. Indignus profectò ſcrupulus qui tanta ingenia adeò vexaret: aut ad tam abſurdã interpretationem adigeret. Priuatæ etenim rationes, à muliere confici potuerũt, & de illis exhibendis in iudicio agi,quinimò neceſſariũ omnino exiſtimo, hoc modo l. intelligi. alioquin vitari nõ poſſet l.argentarius,in princ.ff. eodem,qua cõpelluntur,rationes etiam contra ſe aduerſarijs edere,qui illis conficiẽdis publicè præſunt. Aut quid vetat,quò minùs argentario eam ſucceſſiſſe dicamus? vel(ſi paulò duriùs,& ab hoc loco alieniùs videatur)de facto ſaltẽ cõtraquam ius permittat Argẽtariã exercuiſſe:atq; eo nomine compellẽdam

edere ne melioris ſit conditionis qui lege vetante, quàm qui permittẽte, rationes cõfeciſſet: l.ſeruus etiã,quod vi aut clam. Anch. conſ.ciiij contra fratres vel ordines,licet iã oſtenſum ſit(vt arbitror)neq; in Argentariã exercente, aut ea quæ Argentario ſucceſſit, hãc legem vllo modo poſſe intelligi:vt priorem expoſitionẽ & veriſſimam, & à calumnia longè remotiſſimã eſſe intelligamus.Porrò huius reſpõſi ſpeciem, minimè implicitam,hãc proponi poſſe exiſtimo.Depoſuerat Æmilius pecuniã apud Titiã,nullis fortaſſe adhibitis teſtibus:eandẽ repetẽs à depoſitaria depoſitũ inficiãte,exhiberi rationes,probationis cauſa poſtulauit Cùm tamen nõ careret ea res cõtrouerſia Antonino ſupplicauit,vt de ea re aliquid ſtatueret.moris etenim veteribus fuit in grauioribus cauſis principi ſupplicare: illi nõ ſolùm reſpõdebãt(vt apparet ex l.diuus, de offi.præſ.ex l. precibus, de impu.l. vt reſpõſum,infrà, de trãſ.& exomnibus cõſtitutionibus huius codicis)ſed etiã de cauſis priuatorũ cognoſcebãt:vt cõſtat ex l.pxime,de his quę in te.dẽ.& l.Et hoc Tiberius,ff.de hęr.inſt. infinitiſq; ſimilibus,quæ paſſim in noſtris libris occurrunt.Quãuis autẽ vniuerſi orbis rectores innumeris & neceſſarijs occupationibus implicarẽtur, diligẽtia tamẽ efficiebãt vt priuatas audire querelas ſibi vacaret.Videamus(ſi placet)quas cauſas Æmilius libello inſerere potuerit,vt in ſuã ſentẽtiam Imperatorẽ adduceret.ſic enim (vti ſpero) melìus intelligetur, rectè, nécne reſpõſum fuerit. Primùm (vt omnes vno ore acclamant)negotij,de quo agebatur, æquitate mouere potuit. cõtenditur enim de pecunia depoſita, cuius cauſa ſemper† & vbique pręcipua habita 7 eſt:vt ſatisoſtẽditur ex infinitis propè priuilegijs, quæ hoc loco à pleriſq; cõmemorantur, adeò vt neq; cõpenſatio, neque non numeratę pecunię exceptio,ei rectè obijciatur:l.in cõtractibus, §.ſed quoniam,infrà,de non nu. pecu. l.pen.infrà,de comp. executionẽ prætereà habeat paratam, vt notatur vulgò per omnes interpretes,in l.pen.infrà,depoſi. licet peſſimè id ex ea lege colligatur. abſurdum etenim eſt remiſſum eſſe legitimũ iudiciorũ ordinẽ exiſtimare,eo ſolo, quòd lex & quàm celerrimè,& prima frõte reſtituẽdã pecuniã dicat:quinimòex illis verbis,omni legitima ratione ſeruata, longè promptius eſt cõtrarium aſſeuerare: vt facilè infringi poſſet ſententia Angeli in d. l. pen.exiſtimãtis non requiri libellũ,nec litis cõteſtationẽ:licet hæc in dubiũ reuocet Soc.conſ. cxliij.

vol.

vol.j.diu profectò: cuius ſententia,repugnante nemine, admittēda eſt in depoſito ſimulato:quódque notiſſimos egreditur huiuſce cōtractus terminos,vt in l.Lucius,ff.dep. his & illud addēdum eſt, quòd depoſiti cauſa cæteris actionibus perſonalibus præferatur:l.ſi vētri, §.in bonis, ff.de pri.cre.Huic tamē cauſę reſpōdet Decius, nihil ſpecialiter in depoſiti cauſa admittendū eſſe extra illos caſus,qui expreſſi ſunt.in cæteris etenim prætermiſſis,generalis cōſtitutio,etiam caſus priuilegiatos includit:l.in fraudem, §.fi. de teſta.mil.facit l.j.§. quod autem, de alea,l.j.§.vxori,de aur. & arg.leg. l.j.§.generaliter,de leg.præſt.nec multiplicāda ſunt priuilegia: aut à communi regula temere recedendū:vt idem Decius annotauit in conſ.v.vol.1.in cauſa dominæ Mariæ agentis: facit ad eandem rem l.fina. ſuprà,de iur. & fact.ign.c.ſanè,extrà,de priuil.quod ſi eadē ratio non ſufficit ad extendendam cōſtitutionem, vt latiùs notatur per Roma.in l.ſi verò, §. de viro,ſol.mat.multò minùs diuerſa,ac prorſus ſeparata.l.Papinianus exuli,de min.l. fi.de calū. quid enim hæc inter ſe cōmune habent, depoſitū executionē habere paratam,non numeratę pecuniæ non pati exceptionem aut cōpenſationē nō admittere,& actori , depoſitumque repetenti à reo edēdas eſſe rationes,quibus depoſitū ꝓbet?quàm multa à viris alioquin doctis, nō ſolùm proponuntur,ſed etiā temere approbātur,quaſi vera,& legitima,quę fucis detractis ac quaſi phaleris, riſum mouēt.illud quoq; prętermittere nolo,qđ Curtio admodū placuit,eādē videri vbiq; cauſam: vt enim illa cōceſſa ſunt odio depoſitū inficiantis,abnegantis,aut cōtra fidē ſoluere recuſantis: ita hęc concedenda fuerunt:cùm de fide rupta hoc loco agatur. idēq; etiam ſequitur Alciatus:putat diſſimilitudinem in eo intercedere quod in ſuperioribus caſibus,depoſitum eſſe cōſtabat: hîc autem ambigebatur,& de eo vno agebatur, an depoſitum eſſet, nécne:vt mirū nō ſit,ſi in probatione nihil ſpeciale habeat,l.diuus Traianus, de teſt.mil.,quę optimè huic conuenit loco . ob eāq; cauſam Bart. in d.l.voluit ſtatutū(vt nulla exceptio opponatur contra inſtrumentū)nūquā exceptiones impedire,niſi planè ꝓbētur.idē Bal.in l.ſi quādo,infrà; vnde vi. magni certè momēti hęc res eſt,ſi modò vera. dubitare tamē me cogit ꝙ videā inſtantiā dotis,biennio aut triennio non finiri:Bart.in l.j.ſol. matrimo.& ibi Iaſon multis ver-

bis,id confirmat,nume.20.breuiores etiã conceduntur dilationes. Bar. in l.ſi conſtante,in prin. ſol. mat. Bal. in l. j. de prim. dotis. Paulus,Saliç.in l.fina.de ſentent. quæ ſine cer.quantitate prof.obſeruantur tamen illa, ſiue dotem numeratam conſtet, ſiue de illa ipſa re dubitetur:faciunt nota.in c.fina.de probatio. filius quoque alimẽta recipit,ex hęreditate paterna,ſiue ſuppoſititius,ſiue illegitimus dicatur: & magis lex intuetur quòd filius poſſit pronũtiari, quàm quòd illegitimus ſucceſſor declarari.l.ſed & ſi quis, §.fi.ff.de carb.edict. Superior itaque ratio quaſi longè tutior nobis ſequẽda erit,& repudiandę omnes hæ temerariæ extenſiones, quę potiùs ad legiſlatorem, quàm interpretem pertinẽt,vt mox oſtẽdemus.

Multa prætereà, his longè potiora,ex cõmunibus, tritiſque regulis depromere potuit Æmilius, quibus quod contẽdebat obtineret. vel quia iudex omnem viam ex officio tẽtare poteſt, omnia experiri,vt veritas plerunq; rei malitia,& calumnia obruta,eruatur: c.iudicantem,xxx.quæſt.v.l.fi.infrà,de proba.cuius fauore multa pręter receptas traditiones admittuntur:vt voluit Accur. in l.ij.infrà, eod.&ibi omnes,ne ſit vllum genus expeditæ probationis reijciendum: nec malitia inficiantis adiuuanda: l.in fundo, ff. de rei vend.quòd ſi depoſita non eſt pecunia,nihil cauſæ eſt cur rationũ exhibitionem deneget, aut recuſet:cùm ſine periculo, id facere poſſit.quòd ſi depoſitum verè cõtractũ eſt,cur patietur iudex, huius rei probationem adimi actori, & tam impium quæſtum, ex perfidia penes reum remanere? Hæc tamen tanti apud Imperat. non fuerunt, vt proptereà reum ſuas rationes edere compulerit: motus,vt omnes opinãtur,& vera,& tuta cauſa: quod ſcilicet nimis graue ſit, probationes & arma ſumide domo rei,quibus ipſe pereat:l.nimis graue,infrà,de teſtam.& ſecuritatem cõtra omnẽ æquitatem eripi:Bart.in extra.ad repri.in verb. figura, quam citat Alcia.in l.qui accuſare,infrà, eo. l.ei qui,l.ab ea parte,de prob.nec ei debuit,aut potuit opitulari difficultas probationis, l.actor, infrà, de probat.

Minùs legitima videtur hęc eſſe
cauſa,propter c.j.de conf.libr. vj.
nam quemadmodũ poſitionibus
†actoris, reus reſpõdere cõpelli- 8
tur,& ſua aſſertione,actoris intẽ-
tionẽ comprobare:ita & rationi-
bus ſuis adiuuare, compellendus
videtur. Curtius iunior diffe-
rentiam magnam attulit, cur
faci

faciliùs ad interrogationes deueniatur,quàm ad has editiones ratio.num,aut inſtrumentorũ.iuſtè etenim veretur hîc reus,ne ſecreta patrimonij pandãtur:cuius vires plerunque illis codicibus continentur, magnumq́ue damnum incurrat . argument.l. ij. quando & quibus quarta pars debe. libro decimo,l.fina.infrà , de aliment. pup.præſt . hinc fit vt tutor experiens,cõtra debitores pupilli,non cogatur totius inuẽtarij copiam facere,ſed ſolius principij : ne facultates pupilli omnibus innoteſcant.Bar.in l. tutor qui repertorium,de admi.tuto.Bald. in l.fin. ſuprà, de pre.Imp.offerend. Diſplicuit hæc ratio autori ſuo, propter ea quæ notantur per Abbat. in c.contingit,de fid.inſtru. non enim totius codicis,& legendi & deſcribendi copia faciẽda eſt:ſed illius duntaxat capitis, quod ad cauſam pertinet, de qua re latiùs infrà diſputabimus. malè tamen remoueri hęc differentię ratio & refelli videtur.Si rei à quo petitur editio,in vniuerſum interſit non legi ſuas rationes aut à iudice aut tabellione. nec ea lectio vitari poſſit,etiam ſi ſequimur quod in c.cõtingit,ſtatuitur.quicquid ſit, malè tutam eſſe hanc differentiæ rationem non negauerim. Idem Curtius aliam commentus eſt: ait hoc iure cognitum non fuiſſe poſitionum vſum: ſed iure pôtificio,atque conſuetudine introductum:clement.ſæpe, §. & quia vſus poſitionum, de verb . & rer. ſig.Itaque quemadmodũ hoc iure non ſumebãtur probatio, ex codicibus rationũ,ita neq; ex interrogatione , cùm reſpondendi neceſſitas nulla impoſita eſſet. Poſteà vſu & cõſuetudine introductũ eſt, vt ante omnia reſponſionibus conuenti, actoris intentio comprobaretur.atque fortaſſe, vt ille ait, idem admittendum eſt in hac editione vel rationum, vel inſtrumentorũ,vt paſſim nullo diſcrimine fiat: poſtquã abſurdum deſijt eſſe , de domo rei ſumi probationes.Nunc certè iudico,prudentiſſimè conſtitutũ fuiſſe à Iuſtiniano, ne quis in Pandectas aut ſacras cõſtitutiones commentarios ſcriberet.vidit ille nullam legẽ tam ſanctã proponi poſſe,quę hominũ calumnijs, & impoſturis expoſita, non facilè ſubuerteretur.Quàm parùm abfuit, quin vnius homunculi nutu prudẽtiſſimi principis ſanctiſſima cõſtitutio abrogaretur?quòd ſi Bartolo,aut Baldo,aut cuilibet alteri ex maiorũ gentiũ Dijs,ſimile aliquid in mẽtem veniſſet, profectò iamdudũ in vſu eſſe hæc conſtitutio deſijſſet . Primùm ab hoc non

tam legum interprete, quàm emendatore quęram,quo ore hāc abrogationem tueatur,tam leui, tā falſa inductā coniectura,cōtra l.præcipimus,infrà,de appellat.l. ſi quando, in princi.infrà,de inofficio.teſta.deinde,qua via poſſit vitare interrogationes,quæ in qualibet parte iudicij, nō ſolùm in his quæ ad litem ordinandam pertinent,ſed etiam quæ ad finiēdam iure ciuili admittūtur,quicquid hoc loco Alciatus voluerit, expreſsè Bartolus, in l.de ætate, §.qui interrogatus,de interr.act. adeò vt poſtquā concluſum eſt in cauſa,officio ſuo poſſit iudex litigātes, de quo viſum fuerit interrogare: l. vbicunque. & ibi Bart. nume. 7.de interrog.act.vix certè à temeritate excuſari poteſt Curtius: cùm iure pontificio poſitionum vſus robur acceperit:vt omnia concedamus,neque tamē eò minùs lex noſtra obſeruetur, capit.j.de probat.

Ioannes Andr. in c.j. de confeſſis:Abbas,Butriga. & plerique alij in d. c. j. imputandum actori cenſuerunt,quòd legis conſilium ſpreuerit:& teſtes,atq; inſtrumenta adhibere neglexerit,quibus veri fides cōſtare poſſet:l.ſi quis cautè vult,infrà,qui pot. in pig. hab. at poſitiones ſuper his fiunt, quæ aliâs probari non poſſunt: veluti ſuper negatiua:d.c.j.de confeſſ.libro vj.atque(vt ibi ait Ioan .Andreas)reſponſio rei non eſt in poteſtate actoris,quemadmodū cętera genera probationum. idem probat Felinus in dict.cap. prim. nu. 9. Spec. in tit. de teſt.§.qualiter.Faber,in.§. itē verborum,de inut. ſtip. Dicerent hi aliquid ſi aſſumptum verum eſſet: at poſitiones (vt veriſſimè animaduertit Dec. in dict. cap.j.) non ſolùm ſuper negatiua fiunt, ſed etiam ſuper affirmatiua, quantūuis ſit expedita illius probatio,d. clem. ſæpe, §. & quia vſus. Dec. in re manifeſta tantos viros excutire miratur.coſiderat ille multum incōmodi paſſurum reum ex hac editione rationum, & inſtrumentorum: quibus exhibitis nullus eſt tergiuerſandi locus: in poſitionibus verò,interogationibus, atque reſponſionibus, nihil periclitatur, cùm in manu ſit illius, vel negare, vel fateri: vt ſi faſſus fuerit, de ſeipſo debeat cōqueri. Diſplicuit hæc ratio tum Curtio tum Alciato. nam optionem negandi,vel fatendi concedit Decius interrogato:cùm non poſſit verum inficiari citra periurium:l.j.iuncta authent.infrà, de iur.calum. ac nec poſſe quidem, vllo modo intelligatur: argum. l.filius,de condit.inſt.cum ſimilibus

bus. Et quid abſurdius dici poteſt,quàm imputari interrogato, quòd peierare voluerit? Aſconius Pedianus (quẽ citat Alciat.iij. in Verrẽ act.)temere nõ fuiſſe quẽquam cõpellendũ rationes edere ait:ne plerique hoc verentes, aut nullas rationes, aut ſaltem falſò cõficerent:quæ ratio ſuadẽdi, nõ probãdi vim habet.Ipſe Alciatus poſitionũ vſum,potiùs cõſuetudine,quàm iure inualuiſſe ait:Bart. in l.ij.infrà,de iura.cal.idẽ de interrogationibus aſſerit, quòd ſi quis neget,profectò nõ probabit: vt ſupra admonuimus:cauſam cõſuetudinis hanc affert & veriſſimam,& minimè dubiã:vt ſcilicet actori liceat de rei voluntate periculũ facere,an citra alias probationes,longioremq; morã, bonã fidem vellet agnoſcere:quę ratio in editione inſtrumẽtorũ,duplici nomine ceſſat.Primò, quòd hæc exhibitio ab inuito extorqueatur:qua in re conſiderandũ eſt obiter,Alciatum relabi in opinionem Decij, & eãdem prorſus ſententiam paulò obſcuriùs, nonnihil communitatis verbis expreſſiſſe. Quocirca huic capiti nõ malè obijcientur ea,quæ cõtra Dec. illemet attulit.Secũdò,ꝙ harũ rationũ exhibitio, finẽ cõtrouerſię non imponat.Bar.in l.nuda.ff.de don.Quàm vera hęc ſit traditio, aliorũ eſtò iudiciũ:eam certè vobis probari vehemẽter cuperẽ, vt noſter obſcuriſſimæ cauſæ inueſtigãdæ labor minueretur.Cæterùm poſtquàm nobis expiſcãdũ eſt, quod aut verũ ſit,aut ſaltẽ veriſimile,ne fruſtra hæc à nobis ſuſcipiatur cura, ante omnia magnopere hoc mihi à vobis cõtendendum putaui,ne potiùs nomine atq; authoritate moueamini, quàm ratione:& de his quæ proponũtur,Areopagitarũ more iudicetis,qui in tenebris,iudicia exercebãt,vt in ea quæ dicebantur, nõ in dicentẽ oculos defigerent. Magnũ equidẽ eſt Alciati (cuius cauſa hęc inſtituta eſt oratio)nomen,tã abſoluta eruditio, vt nõdũ ſtatuerim an ingenij acumen, an iuris ciuilis profundã cognitionẽ,vel omniũ bonarũ artiũ & diſciplinarũ exactã peritiã in eo homine admirari debeã: verũtamen nihil prohibet, quò minùs aliquid cõniuẽter prætermiſerit, aut oſcitãter tractarit:quale illud eſt, qđ modo retuli. Ex his enim ꝗ ꝓpoſuit,etiã ſi vltrò omnia cõcedantur,quid tamẽ ſequatur nõ video.cõfeſſione, inquit, rei lites terminãtur,ſi quãdoq; id fieri dicat,fateor:ſi ſemp, nego. Rationibus autẽ ſcio vel litẽ cœptã decidi poſſe,vel ſaltẽ magnã lucẽ afferri:vt ſi finiẽdarum litium cauſa cõfeſſiones à reis extorquentur, & editiones,hæ:rectè poſtu-

lentur neceſſe ſit. Nobis quid videatur paucis aperiam: licet temerarium videatur, ea ſperare, quæ beatiſsima illa ingenia, & propè diuina aſſequi non potuerunt. Olim cogitabã, num rectè diceretur, Rationes mutas eſſe: cum verò qui reſpondet, ſeipſum poſſe interpretari: quod mihi iure optimo diſplicuit. Quid enim vetat quò minùs legitimis exceptionibus (ſi quas habet) rationes aut adiuuet, aut refellat? Quocirca idẽ vtroq; caſu ſtatuẽdum putaui: nec quicquã inter ſe differre
9 †reſpõſiones has, & editiones. veſtrum erit vel ſententiam noſtrã reprobare, vel felicius aliquid excogitare. Sed ad rẽ deueniamus.

10 Lex † abſurdũ putabat, de domo rei ſumi probationes. id abſurdũ hodie videri deſijt tum in rationibus, tum etiã in poſitionibus, & interrogationibus, vt mox declarabo: nam quemadmodũ hodie poſitionibus actoris reus compellitur reſpondere, ita extorquendarum rationum, atq; inſtrumentorum via inuenta eſt, per denuntiationem Euangelicã: de qua in c. nouit ille, extra, de iud. per Bar. latè in tract. ad reprimendum, in verbo, denuntiationẽ. Ita viſum eſt Soc. in l. qui accuſare, infrà, eo. quem citat & ſequitur hoc loco Curt. Inno. Abb. Aret. Dec. nu. 36. Alex. in l. fi. infrà, hoc ti. Ro. conſi. cccxcviij. vt clarior. vbi etenim ex retẽtione inſtrumentorũ, aut rationũ de ſalute æterna periclitatur reus, exhibere cõpellendus eſt: nec audiretur, ſi excõmunicationem aut quãlibet aliam pœnã incurrere mallet. Io. And. in add. ad Spe. in tit. de inſtr. edi. §. videndum, in ea gl. ſatis eſt magna cauſa: nec euitare poſſet hanc denuntiationem ſolo iuramento, vt voluiſſe videtur Bart. in dict. extraua. ad rẽpri. in verbo, denũtiationẽ, ſi iudicialis facta fuerit, vt moris eſt, potiùs quàm canonica: inter quas denũtiationes longa eſt differentia, vt multis proſequitur verbis Panor. in d. c. nouit ille, de iud. alia via, longè cõmodiùs, vti ſpero, illud ipſum tentabo: nã po-
ſitionibus† actoris, reus indiſtin- 11
ctè non cogitur reſpondere, ſed tũc demũ, quum iuſta ſubeſt cauſa, quod expreſsè traditur in d. c. j. de confeſ. lib. vj. in illis verbis, ſi æquitate ſuadente: nam neq; captioſæ poſitioni, nec ei quę fit de re certa, ſentẽtia, aut iuramẽto finita, reus compellitur reſpõdere. Caſt. in l. cõtrouerſia, ff. de tranſ. gl. cõmuni calculo approbata, in l. qui iuraſſe, §. j. de iureiur. interpretes in l. ij. §. ꝙ obſeruari, infrà, de iur. cal. Canon. in cap. dudum, in ſecun. de electionib. in cap. inquiſitionis, de accuſ. Bart. in l. fin. de his quib. vt indig. illud ipſum ſtat

ſtatuitur, quoties editio inſtrumentorum aut rationũ poſtulatur vt cauſa cognita ex iudicis officio fiat, ad quem omne hoc negotium remittitur, in hoc reſpõſo: aut igitur nulla cauſa ſubeſt, & conſtat ex his quæ modò diximus, neque poſitionibus reſpondendum, neque huic editioni, locum eſſe: aut iuſta cauſa ad id iudicem impellit, tuncque fiẽt & reſponſiones, & editiones recuſari non poterunt. domi. dẽ Rot. deciſ. ccxiij. Alex. in l. fi. infrà, eo. Spec. in titu. de inſtru. edit. §. nunc videndum, verſ. nota ex præmiſſis. Roma. diſertè eandem ſequitur ſententiam, in cõſil. cccxcviij. confirmatur hæc ſimilitudo, vt propiùs ad rem ipſam accedamus, quòd quemadmodum nemo cogitur reſpondere poſitioni, per quam crimen aut turpitudo detegeretur ſua. Bartol. in l. Marcellus, ff. rerum amo. §. j. Inn. in c. ij. de cõfeſſ. Spec. in tit. de poſitionib. §. vij. Bal. in l. j. quomodo & quãdo iud. & in l. j. de pœn. iudic. Arch. in cap. forum. 50. diſtin. Card. in cle. ſæpe, de verbo. ſigni. Abb. in c. cùm cauſam, de iur. calum. quod declarat & interpretatur Roma. in conſil. cccxlix. dum quæritur, in fi. Bar. in l. non intelligitur, §. tacita, de iure fiſci. multa congerit Alex. eòdem pertinẽtia in d. l. qui iuraſſe, plura Hipp. de Marſi. in l. de minore, §. tormẽta, nu. 7. de quæſt. Ita nemo edere inuitus cogatur ad ſuum detegendum crimen. l. ij. §. diuus, in fin. de iur. fiſc. vbi Bar. quam tamẽ ſententiam nunc non firmo propter ea quæ mox ſubijcientur. Ex quibus, (niſi omnino fallor) intelligimus nihil intereſſe probationẽ ſuæ intentionis petat actor à rei confeſſione per poſitiones, & interrog. an ab illius inſtrumẽtis, & rationibus. vtrũq; enim ſine cauſa denegatur: vtrunq; cum cauſa permittitur, vt ſuprà oſtẽdimus.

Vt autẽ conſtet nõ fruſtra de rationibus exhibẽdis hoc loco diſputari, operæpretium me facturũ exiſtimaui, ſi priuſquam cauſas proponã, propter quas iuſtè hæc poſtuletur editio: de probatione, quæ ex codicibus rationũ depromitur, pauca dicerẽ. Nam ſi nullã fidẽ faciunt, cur citra alterius cauſæ cognitionem, hęc non reſpuitur petitio? aut cur id genus probationis admittitur, quo nihil lucis reorum cõtrouerſiæ poſſit accedere? vt ergo omnia remoueantur, quę obſcuritatem aliquã ſunt allatura: ſciendum eſt, rationũ codices, † nihil ſolere prodeſſe ſcri- 12
bentibus: vt voluit Bartol. quem omnes ſequũtur in l. nuda ratio, nu. 7. de donatio. l. exemplo. & l.

rationes.infrà, de probatio.nam quemadmodum ſua voce, nemo ſibi teſtimonium dicit, l. omnibus,infrà, de teſt. ita neque ſcriptura.Roman.in dict.l.nuda ratio.idem Roma.Barto.& Iaſ.in l. admonendi.ff.de iureiurã. denique omnium conſenſu receptiſſima hæc eſt ſententia: quæ non ſolùm numero authorum, ſed etiam lege,atque ratione optimè corroboratur: hanc Alex.conſil. lxij.viſo proceſſu,vol.v.interpretatur, vt ſemiplenam probationem faciat, maximè vbi is qui rationes confeciſſet, mortuus eſſet:illiusq; hęres illis vti vellet:atque integræ famæ fuiſſe proponeretur defunctus:Bart.in dict.l. admonendi,nu 27.id voluiſſe putat,l.exemplo. dum ait ſolas rationes defuncti, ad veritatis fidẽ nõ ſufficere:quaſi innuat, adminiculum ſolùm pręſtare,dict.l ratio.arg.l.qui cùm maior.ff.de bonis liber. §.fi.quia(vt Pau.de Caſ. ait in dict.l.admonendi.)non eſt credibile,nomen aliquod relicturum fuiſſe teſtatorem,ſi nihil deberi ſciuiſſet:quæ ratio incertiſsima eſt,cùm infinita propè cõtingere potuerint,quę hanc tollerẽt cogitationem. hanc ſententiam communem eſſe apparet ex his quæ congerit Iaſ.in repeti.dict.l. admonendi.nu.120.omiſſa diſtinctione quorundam in d.l.diſtinguentium,num de libro rationũ, an ſchedula aliqua agatur: cùm vtrobique eadem ſit ratio: modò id ſemper ob oculos habeamus: adminicula quædam hęc pręſtare,nõ plenam probationem, aut ſemiplenam inducere.quod cum Iaſone,contra Caſt.vt veriſsimũ, aſſero: plenam tamen probationem inducere volunt, quoties ex officio quis eas confeciſſet, & veriſimiles probabilesq; eſſent: iuramento prætereà illius, ſi viuit, confirmarentur:quorum ſi quid deſit,tabularum fides minuitur: & quantum credendum ſit, iudici relinquitur.Bal.in rubri.infrà, de fide inſtrum.idem in l.prima, infrà,de confeſſ.Abb.in c. bonæ, in ſecundo,de poſtul.præla.Barr. & reliqui omnes in l.fin. §.in cõputatione,infrà, de iure deliber. idem in l.ex ſententia,ff.de teſta.tutel.quanquam Salice.hac in re longè magis placeat opinio exiſtimãtis religioni iudicãtis, quatenus fides ſit adhibenda, relinquendum.Quid enim ſi cum parua quantitate, cõcurrat difficultas probandi? quod magnopere conſiderandum iudici Ang.cenſuit, in dict. §.computat.Quid ſi res ipſa, in quam expenſum eſt, ſcripturã adiuuet? aut in quibuſdam capit.planè probata ſit ſcribentis

bentiſ fides?De quo per Caſtren. conſil.cccj.volu. primo. ad bene examinandum,&c. Quid rurſus ſi integræ vitæ proponatur eſſe, qui ſcripſit ,aut ſuſpectæ fidei? Multa profectò poſſunt incidere,quæ huc, atque illuc animum iudicis impellent: vt egregiè conſiderauit Corne.conſil.lxxxj.vol. iiij.nu.8.vſque ad finem conſilij: quem Decius hoc loco citat nu. 4.quod controuerſiam non recipit:cùm(vt rectè Decius ait conſil.cccccxcv. pro reſolutione,nu. 8.)omnes probationes ſint hodie arbitrariæ:l.iij. nec tu magis ſcire potes,ff.de teſt. Nolo etiam prætermittere quod voluit Decius, conſi.cccccxcvj.nu.9.volu.iiij. ad dubia, à nemine quod ſciã citatur:vbi multis modis ſuperiorem opinionem confirmat. Soci.conſil.ccxl.circa præſentem, volu.ij. nume.6.Alex.conſi.clxxxvj. viſis ſubtiliſsimis,nu.1.volu.ij. vbi extendit,vt locum habeat etiam in eo,qui per ſe non ſcripſiſſet, ſed alteri mandaſſet: cuius traditionis exempla non ſolùm in negotiatore commodè proponuntur, ſed etiam in procuratore, tutore, curatore,ſocio, qui tutò ſuas tabulas proferunt ad probãdas debitas pecunias. Corne.conſil.cccxix.nu.13.& 14.circa primum conſultationis quæſitum, vol.iij.Soc. cõſi.ccxcj.viſis literis mihi deſtinatis,nu.14.vol.ij.Feli.poſt Abb. in cap.ij.nu.22.de fide inſtrum.& vt tandem hunc articulum finiã, mihi abſurdum videtur quicquã ſpecialiter conſtituere in argentarijs,numularijs, vel his qui eorum loco ſucceſſerunt, aut quibus publica authoritate permiſſum eſſet rationes ſcribere: nam ne hi quidem rectè ſuis tabulis vtentur,niſi concurrant ex coniecturæ, quas ſuprà retulimus: cùm regulæ iam traditæ non minùs hi quàm alij ſubijciantur: vt voluit Barto.in l.quædam, §.numularios,ff.de edendo.ex quibus perſpicuum eſſe poteſt ſuorũ librorum editionem, quem rectè poſtulare non ſolùm ratione dominij,ſed etiã probationis:quanquam exemplum hoc huic minimè conueniat reſponſo, vt ſuo oſtendemus loco. Quòd ſi contra ſcribentem † petatur illa,mi- 13
nimè dubium eſt, non poſſe hac exceptione repelli agẽtem, quod nihil ſua interſit: cùm inter omnes conſtet, pleniſsimam fidem facere ſcripturam priuatam,ſi in ſcribentem proferatur:gloſſ.in l. quædam, §. numularios,ff. eod.l. fin.infrà, arbit.tute. clementi.j.§. cæterùm,de vſuris.l.generaliter, infrà,de non nume.pecun.l.non putaui.§.ſi quis ſua manu,de bo-

no.poſſ contra tab.quę iura nullo negotio vitari poſſunt, cùm l. fin. publicæ ſcripturę meminerit: cle. verò propriam, ſpecialemq́; habeat cauſam vel odium vſurarum: vel ſummam probandi difficultatē, vnde videmus per coniecturas,& pręſumptiones vſuras detegi,cap.quum in diœceſi,ver. ſi tamen alijs,arg.de vſur. & probationes admittuntur, quæ aliâs reijcerentur:Ioan.Andr.in c.ij.& in c.ex literis,de iureiuran.lib.vj: . Pet.de Anch.in c.ad noſtram,de empt.& vendit.quem citat Iaſ.& ſequitur in l.cùm ea quæ,num.4. infrà,de tranſactio.Corne.conſi. cclxvj.in hac cauſa, vol.j.nu,8.in fi.& conſil.cccxlvj.viſa, & conſil. ccxxiiij.eo.volu.Itaque in dubiū facilè reuocari poſſent ea, quæ nullam prorſus controuerſiā recipere Iaſ.exiſtimauit in l.admonendi,nu.110.in fi.tum quia non probatur, tum quia repugnat l. nuda ratio.ff.de donat.Nuda,inquit, ratio non facit nos debitores,licet quod alteri datum volumus,in libros rationum retulerimus,niſi cum Bar.dicamus, multùm intereſſe,quęramus an obligatio inducatur,an verò iam contracta probetur.nam (vt ille ait) minimè inducitur dicta l. nuda. licet probetur, l.Públia, §.fina.ff. depo.Idego cōfirmo ex his quæ traduntur per Barto.in l.cùm de in rem verſo,ff.de vſur.in l.ſi certis annis,infrà, de pact.per doct. in l.j.infrà, de fideicom.nam licet tempus non ſit modus inducendæ obligationis, l. obligationum ſubſtantia,de actio.& obligatio.tamē ex communi conſenſu,ſi allegetur, obligatio probat. Differentiæ autem cauſam Bart. hāc attulit,quòd donatio abſenti non proſit,l.abſenti,& ibi not. ff. de donat.quod in confeſſione non euenit:quę etiam abſenti legitimam ſuppeditat probationē. non caret hæc ſententia controuerſia, tum propter not.à Felin. in dict.cap.ſecundo,de fide inſtr. tum etiam propter l.certum, §.ſi quis abſente,ff.de confeſſ. quatenus ibi ſtatuitur,cōfeſſionem factā abſente aduerſario nō nocere cōfitēti,etiā ſi in iudicio fiat, ſiue de obligatione inducēda,ſiue de probatione agatur. vt ibi explicat Pau.de Caſt.in ipſo princ.expreſsè Dec.per eandem legem in conſi.cccxj.viſis diligenter,nu.6. vol.ij.Alex.cōſil.clij.viſo proceſſu,nu.19.vol.v.vbi ne ſemiplenā quidē probationē facere vult: & conſil.cliiij.viſo themate, vol.v. Cor.cōſil.ccxv.videtur,nu.5.vol. ij.licet fortaſsè aliud probandum ſit,vbi cōfeſſioni interfuiſſe proponeretur aduerſarius, vt idem Corne.

Corn.latiùs perſequitur cõſil.lxj. viſa,nu.3. vol 3.& conſil.ciij. vol. j.accedat quod idem voluit conſil.cj.volu.ij.nu.26. in cauſa vertente,conſil.cclxj. vol.iij.cõſi.xcj. volu.j.Socin.conſil.viij.viſis diligenter,nume.5.vol.j.Cano. in c. ſi cautio,in ver.cauſam,vbi Abb. & Felin.nume.22. de fide inſtru. Salic.in l.vnica,de confeſſ.Bal.in authen. generaliter,de epiſco. & cler.latè Iaſ.poſt Roma.& Barto. in repetit.l.admonendi, nu.158.ff. de iureiuran.vbi multa cumulat, prætermiſſis his, quæ modò adduxi.quòd ſi ob hanc cauſam rationes probare debent,quoniam vim confeſſionis habeant: cõſtet autem ex confeſſione & extra iudiciũ,& abſente parte facta nullam probationem, aut ſaltem nõ plenam ſumi (vt in confeſſo eſſe video) ſequitur, rationes ne contra eum quidem qui eas ſcripſit fidem facturas: aut non bonam eſſe Barto.rationem:nec mihi vllatenus placet Felini ſolutio, exiſtimantis in dicto c.ij.de fide inſtrumen.videri has rationes conſcriptas eſſe mandante, & approbante eo, cuius vtilitatem reſpiciunt: non enim poſſum intelligere,cur idem nõ dicatur de confeſſione:vt interim omittã, quòd nec lege, nec ratione, nec eorum quidem ipſorũ authoritate, quos authores laudat, commentitium illud nugamentum ſatis probetur:niſi fortè dicamus, hoc inter confeſſionem, & ſcripturam intereſſe,quòd hæc maiorẽ ac maturiorem præ ſe ferat deliberationem, eoq́; nomine etiã maiorem mereatur fidem: arg. eorum quæ traduntur per Bart.in l.cùm ſcimus,in fin.de agricol.& cenſi. li.xj.C.& in l.ſi mulier perfectæ, infrà,ad ſenatuſcon.Velleia. Cęterùm ſi quis extraneas alioquin probationes velit ad viuum reſecare, iudicabit communi quodã conſenſu, & numero duntaxat interpretum ſuſtineri:quorum tamen ſententiam & ipſe ſequor: quòd nihil facilè ex his ſit innouandum, quæ iam olim recepta ſunt: ne plus mihi ipſi credere, quàm tantorum virorum iudicio videar.

Poteſt prætereà peti editio rationum à tertio, † quantum ad 14
hãc cauſam pertinet(obſtet enim aliud impedimentũ agenti, nécne,poſteà videbimus: nunc illud vnum quærimus, num ratione probationis illius intereſſe poſſit)quod ſine dubio recipiẽdum eſſet,quoties ratione publici officij rationes confectæ fuiſſent, teſte Iaſo.in dict.l.admonendi, nu. 132.nec mirum:publica enim videtur ea eſſe ſcriptura, quæ pu-

blicam habet authoritatẽ: vt ibidem voluit Bar.licet mihi nõ fiat veriſimile.nam ſi inſtrumentum quamuis à notario cõfectum nudum eſt,& fide caret,niſi teſtibus comprobetur:vt in auth.de inſtr. caut.§.oportet,per Bald.in rubri. de fide inſtrumento.nu.4. facit l. omnium,& l.ſancimus, infrà, de teſt.nõ intelligo cur idem de cæteris non dicamus, niſi volumus conſuetudinem,potiùs quàm ius ſequi.ceſſante verò publico munere, nemo ambigit, non magis credendum eſſe, quàm ſingulari teſti,vt lucem aliquam afferat veritati, non tamen plenam inducat probationem: interpretes in l. quædam, §.numularios, ff.eod. Bal.in rub.de fide inſtr.& in rub. de conſtit.pecu.in fin.

Hactenus effecimus, vt intelligi poſſet,cur hæc petatur editio, curve ad eam non compellatur
15 † reus, niſi ex iuſta cauſa:qua in re obiter illud conſiderandũ putaui,duriorem cauſam eſſe actoris, quàm ſit rei: quòd ille ſuorũ codicum,& inſtrumentorum,indifferenter copiam faciat reo, ſi quando illi ſit opus:l.non eſt nouum,infrà,eo.nec intereſt priuatus experiatur,an reſpu.an fiſcus: l.iuſtam,iuncta gloſſ.hoc tit.non habita ratione diſtinctionis propoſitæ in l.illatæ,infrà,de fide inſtrument.quæ aliena eſt ab hoc negotio.Nihil rurſus curamus,in cauſa criminali ſimus, an in ciuili:l.ne caſu,infrà, de diſcuſ.libr.x. Purpurat. in dict.l.iuſtum, quod quatenus verum ſit,infrà excutiemus. Alexan.in l.fi.infrà,eod.huius rei cauſam à vulgata, & trita regula ſumit:quoniam ſcilicet fauorabiliores ſint rei,quàm actores:regu.fauorabiliores, de regu. iuris l.inter pares,ff.de re iudica. gloſſ.in cano.clerici,lxxxj.diſtin. etiam in probationibus,vt voluit Abb.in c.ex literis,extrà, de probationib. l.lege Iunia, de manu. Tuta non creditur hæc Alexan. ratio,quãuis lege cõfirmata,propter doctrinam Bart.vulgò receptam,in l.de die, in princ.qui ſatiſd.cogan.exiſtimantis actori fauẽdum eſſe,potiùs quàm reo, aut ſaltem in iud.exercendis,ęqualitatem ſeruandam eſſe.l.fin.infrà, de fruct.& litium expen. Alex.id non negat,quoties eadem ſubeſſet ratio,aliâs ſecus:hîc autem diuerſam eſſe affirmat,quòd in manu actoris ſit,quando iudiciũ accipiat:reus verò imparatus & inuitus ad iudiciũ trahatur. Si hæc differẽtia Alex.recipitur, vix vnquã illi fictitiæ regulæ locus erit: quando etenim locus huic differentię non erit?Ego quantùm ad doctrinam Bart.attinet,non tam inſpic

inſpiciendum arbitror, quid ille voluerit, aut ſtatuerit, quàm quid ſtatuere debuerit: vt vult gloſſ. in lege, ſed licet, ff. de officio præſi. Ex lege verò finali, nunquam id quiui intelligere, ad quod paſſim allegatur. Mihi etenim optimè probat, non poſſe actorem recuſare, quò minùs reus in alio iudicio eo vtatur iure, quod aliquando aduerſarius, idémque actor obtinuerit. verùm æqualitatem inter reum, & actorem in eodem iudicio ſeruandam eſſe, inde non poſſum elicere.

Iaſon nihil hîc reo aut licere, aut concedi, quod actori non liceat, belliſſimè demonſtrare tentat. nam quemadmodum actor reo ſuas & rationes, & inſtrumenta edit ad exceptionem fundandam: ita reus actori ad replicationem probandam: l. finali, infrà, eodem, dum originem actionis ex inſtrumentis rei probari iniquum eſſe ait. qua oratione ſignificat, inde probationes petere poſſe actorem, ſi quid præter actionem in iudicium deducat. Malè profectò ratiocinatur Iaſon, & qui eum ſequuti ſunt, ſi vera tradit Baldus in l. ij. infrà, de condit. inſert. in fi. Alij hoc deſtituti prę ſidio, confugiunt ad legem penultimam, §. finali, ff. ad legem Falcidiam, in qua tamen tutò anchoram figere non poſſunt. Primò quòd de editione nihil ibi ſtatuatur. hoc enim ſolùm ait ad iudicis officium pertinere ea inueſtigare, per quę probetur quantùm ſit in hæreditate: quæ oratio nihil noui iudici permittit in hac editione, cùm in omni negotio has ſuas eſſe partes debeat intelligere: cano. iudicantem, ſuprà citato. Minùs adhuc probare ex eo loco dicemus Iaſonis ſententiam quanuis communẽ, ſi Bartoli interpretationem ſequimur, dum vult exhiberi inſtrumenta, tanquam corpora hæreditaria. cuius rei maximum illud eſt argumentum, quòd non ſolùm ea producenda erunt, quibus debita teſtatori pecunia probetur, ſed etiam quibus æs alienum continetur. Ego etiam non abſurdè dici poſſe contenderim, Iuriſconſultum minimè de editione, quæ probationis cauſa fit, & de qua hîc agimus, cogitaſſe: ſed de annotatione duntaxat ſenſiſſe: cuius hic finis eſt, ne quid ſubtrahatur, aut etiam aliud pro alio ſubſtituatur: de qua etiam agitur in lege finali, de bonis authotitate iud. poſſid. vt nihil ſit aliud deſcribere, quàm annotare. Longè probabilior (vt ſpero) cuiq; hæc videbitur expoſitio, quàm eorum qui editionem

recte ab hærede poſtulari contendunt, quòd illis vſurus eſſet, l.j.§. edenda, ff.eodem . quo nihil abſurdius dici poteſt:cùm fiat deſcriptio in d.l.penultima,potiùs propter ea , quibus vſurus non eſt , quàm quibusvſurus.Iaſonis tamē ſententia licet malè probata receptiſſima eſt,teſte Decio , in d.c.j. numer.39.hinc fit,vt quoties reo non editur ab actore , neq; viciſſim à reo edatur actori, ad replicationem fundandam. Id autem euenit,ſecundum Baldum,in l.fi. infrà , eod. ſiue editio petatur ab aduerſario , illius turpitudinis aut ſceleris probandi cauſa.Bald. in l.fi.infrà,eod.§.item diui,de iu. fiſc. ſiue exceptio non ſolùm defenſionē,ſed prætereà impugnationem contineat: quod in recōuentione perſpicuum eſt propter c.quum inter,extrà,de exc.idémque fortaſſe non malè in cōpenſatione ſtatuetur:l. amplius non peti,ff.rem ratam habe.licet diſſentiat Alcia.qui profectò tā leui de cauſa receptiſſimā ſententiam impugnare non debuit . nemo etenim negat cōpenſationē in ſe defenſionem cōtinere , verùm hoc prętereà cōtēdimus, vim petitionis habere:quod veriſſimum eſſe non dubito: neque diſtingo, an facta fuerit compenſatio ipſo iure (vt plerique volunt l . ſi conſtat , infrà , de compenſationibus , lege verum , ff. eodem titulo) an verò ope exceptionis: de quo latiùs per Decium in dicto capitulo primo, numero quadrageſimoſecundo, vbi alios excipit caſus, quibus vltrò citroque non fiat editio exceptionis aut replicationis probandæ cauſa, vbi ſcilicet in odioſis eſſemus qualia ſunt præſcriptio, Macedonianum. item vbi præter cauſam adeſſet fauor,quę non perſequor, quòd nullam legem habeant:ſed ſola autoritate noſtrorum nitantur.

Ex eodem fonte manauit & illud, quod voluit Alexander in dicta lege finali , in .duplicibus
† iudicijs mutuò fieri hanc edi- 16
tionem,familię ſcilicet herciſcundæ,communia diuidund. finium regundorum:quòd in illis vterque reus ſit. notatur in lege ſecunda , infrà,quando & quibus quarta pars debeat . Miror ego cur maluerint vtrunque reum pronunciare, quàm ambos actores . cùm parem vtriuſq; cauſam in iudicijs lex,in tribus,de iudic. afferat:atque plerūque ſorte dirimendū illud negotium.Quòd ſi legē ſequimur,cur ex prouocāte, atque prouocato differentiam hanc non conſtituimus? vt omnia quæ ab actoribus præſtari ſoli

ſolita ſunt:ea exigantur à prouocante: atque conſequenter, aliunde probationes petere cōpellatur quàm ex rationibus, inſtrumētíſque aduerſarij. Regula autē à Decio allata in d.c.j.nu.32. ꝙ in dubio potiùs habenda ſit ratio prohibitionis legis, quàm permiſſionis, propter l.ij. §.ſi à pupil.ff.pro emptore:& l.iij. §.fin. ff.ad Sylla. neutiquam huic conuenire loco videtur, mihiq; diſplicet: tū quia malè probatur (in illis enim iuribus ſimplex prohibitio eſt) tum quia indiferens in his iudicijs debet iudicari prohibitio, atq; permiſſio. me certè, vt ab Alex. diſſentiā, nō parùm illud mouet, quòd ad hanc interpretationem, quaſi humaniorem propter d. l. nimis graue, deueniendum ſit, vt dicamus, potiùs reijciendam hanc editionem, quæ ab aduerſario petitur, quàm admittendam.

Regulam verò noſtri textus, à l.non eſt nouum, & l.iuſtum, minimè labefactatam extendemus commodè: primùm ad extraneū

17 †quemlibet, à quo peteretur editio, qui inuitus nō cogitur rationes, aut documenta propria in lite aliena exhibere, ſi gloſſ. credìmus, in l.in fraudem, §.neq;, ff.de iur.fiſci: quam pluribus commendat verbis Ang. in l.j. §.editiones, ff.eo. Abb. & reliqui cano. in d.c. j.vbi Dec.nu.59. Alex.conſi. lviij. circa primum quęſitū, vol.j.nu.1. vbi quoſdā excipit caſus: quoties ſcilicet vel mandante extraneo confectæ proponerentur: l. iij.§. ſciendum, ff.ad exhi. de cuius loci interpr. pleniùs dicemus in hac ipſa l.vel deperditum eſſet protocollon ipſius inſtru. aut deniq; facultas recuperandorū inſtrumentorū, caſu aliquo ſublata fuiſſet. Dubia redditur hæc glo.traditio, potiſſimùm ex duobus. Primò, ꝙ quemadmodū quilibet quātumuis inuitus, teſtis † eſſe cōpellitur 18
in lite aliena (paucis admodū exceptis) l.ſi quando, infrà, de teſt. ita & ſcriptura ſua, veritatē adiuuare cōpellendus videatur: cùm nulla differentię ratio commodè aſſignari poſſit. Secundò, textus id deſertè per locū à ſpeciali, probat, in l.in fraudem, §.neque, ff. de iur.fiſc. nam ſi ſpeciale eſt in fiſco, vt contra eum nemo edere
† compellatur, ſequitur in lite aliena inter priuatos mota, cogendum eſſe extraneum ſua inſt. exhibit. neceſſariò autem intelligitur textus ille in extraneo, cum quo fiſcus non litigabat. nam planè & abſurdum, & ridiculum eſſet exiſtimare nōn poſſe in fiſcum produci inſtrumenta ab eo cū quo fiſcus litigat. id enim nihil aliud eſſet, quàm defenſiones 19

aggreſſo adimere contra naturalem æquitatem: capit. cùm inter, de exceptio. quòd ſi dicimus, inter duos priuatos motam fuiſſe litem:(vt ſenſit Accur.)non intelligo, cur de editione, qua fiſco noceret, dubitari potuerit. etenim ſi res inter alios acta, nec priuatis quidem nocet, quid damni pati potuit fiſcus ex ea editione, quæ inter alios poſtulabatur? Nec oportuit, mea quidem ſententia, ad eam interpretationem deuenire, ne in l. procurator, incideremus: quia de ſcripturis agimus, quæ nec mandato petentis confectæ fuiſſent, nec illi cum extraneo cōmunes eſſent: vt ipſemet Batto. ſatis indicat in d. §. neque. tunc e-
20 nim rectè ab extraneo† poſtularetur editio, cùm à fiſco rectè petatur, ſi fortè huiuſmodi documenta penes ſe habeat: l. iuſtum, infrà, eodem. Concludere itaque poſſumus, extraneum non edere aduerſus fiſcum, niſi vel communes ſint ſcripturæ cum eo, vel ſaltem ad eum pertineant, hoc eſt, mandato illius aut vero, aut præſumpto conſcriptæ fuerint: Ro. conſil. cccxlviij. vt clarior: alioquin nihil ſpeciale tradetur in fiſco, in dicto §. neque. Cæterùm non putatem inquietandum ex-
21 traneum † eorum inſtrumentorum & rationum nomine, quorū copiam aut à ſeipſo, aut à notario petere poſſet: arg. le. ſi quis ex Argentarijs, §. exigitur, ff. eodem. Quæ certè noſtra opinio ſi admittitur, controuerſia carebit: quod voluit Aretinus, Soci. Purp. Curtius, in l. procu. infrà, eodem, dum putāt, ab extraneo rectè peti editionem inſtrumentorum, quæ illi ſint cum actore communia: à quo, ſi poſſideret, rectè peteret reus, licet de ea re dubitet Decius in d. cap. j. nu. 60. in fin.

Secundò, quæcunque hoc loco de rationibus † dicuntur, ad 22
inſtrumenta trahenda erunt: ne quis temere ſibi perſuadeat in hoc tractatu quicquam differre inſtrumenta, & rationes: quę etenim differentię ratio proponi poteſt inter hæc? aut cui dubium eſſe poteſt, quin regula de inſtrumētis tradatur in l. qui accuſare, quæ hîc præſcribitur de rationibus? Vnde Imperator in l. fin. infrà, hoc titu. promiſcuè rationum & inſtrumentorum nomina vſurpat: quòd (vti opinor) parem harum ſcripturarum cauſam exiſtimaret, quantùm ad hunc tractatum pertinet. Comprobatur eadem ſententia ex l. j. §. edenda, ff. eo. nam ſi edēda ſunt inſtrumenta aduerſario, quibus quis vſurus † eſt dūtaxat, ſequitur aliàs nemi 23
nem huic ſubijci neceſſitati: arg. l. j.

l.j.de off.eius cui man.eſt iu.& licet propriam atq; peculiarē ſignificationē habeant inſtrumēta (vt voluit Alex.in l.oratione,ff.de ferijs.Imo.in rub.de fid.inſt.c. cùm dilectus,de fid.inſtr.) generaliter tamen quicquid litē inſtruit complectitur:l.j.de fid.inſt.vt quæ de inſtrumentorum editione dicuntur,commodè poſſint intelligi dicta de rationibus,& è contra, maximè cùm(vt prædiximus)eadem vbique ſubſit ratio.Nolo & illud prætermittere, quòd reſcriptum Alexandri,in l.fi.infrà, eod.antinomiā tollere voluerit, quæ ex l. qui accuſare,& l.nō eſt nouū, inducitur, quod minimè neceſſe erat,ſi hęc nō confundimus:cùm illa de inſtrumentis,hæc de rationibus loquatur . hinc fit,vt rectiſſimè ſtatutū ſit,non eſſe actori edēda inſtrumenta à reo,quēadmodum non eduntur rationes. rurſus, compelli actorem reo edere inſtrumenta:quoniā idreceptum ſtatutumq; eſt in rationibus . Cinus,Bar.Bald.Ange.Caſtr.Alcia. Purp.Curt.Soci.in l.fi. infrà,eod. Poſtquā igitur nulla inter hęc eſt differentia: quæcunque de exceptione aut replicatione probāda aut intētione adiuuāda ex rationibus dicemus,dicta volumus de inſtrumētis:ne in poſterum ſerijs diſputationibus hę nugę ſint inſerendæ.nec in ea re aduerſariū vllum habebimus, ſi cōmentitiam quandam differentię rationem à Purpurato allatam in d.l.fi.excluſerimus.Is ergo in d.l.fi.nu.9.hāc diſcriminis cauſam attulit, cur lōgè faciliùs aliquis compellendus ſit ad editionem rationū, quàm inſtrumentorum: quòd libris rationum quemadmodū accepta, ita & data inſerantur:idq; totum in arbitrio atque diligentia ſcribentis ſit poſitum : vnde non incommodū ſolùm,ſed etiam vtilitatem ſentire poſſit . idem nanq; codex(cui ſtare cogitur,qui edi ſibi poſtulat)vt intentionem agentis,ita exceptionem ſolutū contendentis probabit. inſtrumentis verò quę publicā habent cauſam nihil aut addere , aut detrahere poſſit ad rei geſtę fidē:cùm certis perſonis id demandatū fuerit.Iaſ. in l.præſcriptione,ſuprà, ſi cōtra ius vel vtili.pub.ſup.Bal.in l.data opera, qui accu.non poſſ.Aſſumptū verò,ſuperiúſq; lēma probat hîc Dec.in not.& Iaſ. atq; reliqui omnes in l.admonendi, infrà, de iureiu . Mihi videtur Purpuratus Andabatarū more,nullo delectu ſua vibrare tela.quid enim prohibet, quò minùs cōtendamus aut falſum, aut incertū ſaltē eſſe , qđ ille quaſi indubitatum aſſumit? aut non eſſe vbique hac exceptio

ne vtendum,hiſq; armis?vt latiùs
oſtendemus iñ huius reſponſi in-
terpretatione.illud interim con-
ſtat,rationes non prodeſſe ſcribẽ
ti(quãuis aduerſarius illis vtatur)
niſi coniuncta ſint capita: quod
pleniùs ſuo attingemus loco.Re-
24 torquere†itaque poſſumus hanc
rationẽ in Purp. ꝙ liber rationũ
(ſi communem ſequimur ſenten
tiam)ſemper contra ſcribentem,
rarò pro ſcribẽte fidem faciat:in-
ſtrumẽtà verò pleniſſimã proba-
tionẽ afferant tã cõtra ſcribentẽ,
quàm pro ſcribẽte: ſiue cõiuncta
ſiue ſeparata ſint capitula.his ac-
cedat quod à l.nimis graue,certiſ
ſima tradita fuerit ratio,cur hæc
editio non impetretur vbique,vt
planè ſtultum ſit aliã inueſtiga-
re.Ea autem generaliter pertinet
ad omnia genera ſcripturarum:
& ſi quando tollitur, ſublata in-
telligitur tam quò ad rationes,
quàm inſtrumenta:ne diſiungan
tur ea,quæ eiſdem finibus à l.in-
cluſa fuerunt:iuxta l.iam hoc iu-
re,ff.de vulg.& pupill. Ex cauſa.
nonnullas enumerauit Acc. cau-
ſas,propter quas iuſtè hæc editio
impetraretur:plures adiecit Bart.
numeruſq; tandẽ in infinitũ pro-
pè excreuit creſcente interpretũ
numero. eas noſtri hoc loco ſatis
diligenter,Canon.in c.j. maximè
Dec.accuratè perſequuntur: ex
quorum omnium monumentis,
ea breuiter repetemus,quę vel ne
ceſſaria ſunt, vel paulò aut per-
turbatiùs, aut negligẽtiùs tradi-
ta fuerunt.Barto. itaq;(nam libet
potiſſimùm ab eo exordiũ ſume-
re,quòd verè interpretum ſit, vt
dicitur,alpha)duas præcipuas re-
cenſet cauſas, atque primarias:
quarũ altera de priuilegio agen-
tis pendet & fauore: altera ab o-
dio conuenti proficiſcitur: fiſcus,
†inquit ille, agens aduerſarium 25
inuitum cogit rationũ & inſtru-
mentorũ ſibi copiam facere: ex
priuilegio cuius meminit l.ij.§.itẽ
diui fratres,ff.de iur.fiſ. l.nec quiſ
quam, ff..eod. cuius exemplum à
Baldo proponitur in l.j. §.editio-
nes,ff.eodem,quoties fiſcus vecti
gal ab altero peteret, illiuſque
modum inſtrumento aduerſarij
definitum contenderet: ideoque
ſibi exhiberi poſtularet. nec ſatis
illi fuit, hoc priuilegium fiſco
conceſſiſſe, niſi vectigalium, &c,
vt vocant, gabellarum condu-
ctoribus idem largiretur: Hos e-
tenim vult eodem iure frui, quò
fiſcus: licet diſſentiat Alexander
in dicta lege nec quiſquam, pro-
pter l.licitatio, §.mercatores, de
publ.vectig. & commiſ.vbi Bart.
& Romanus.Nam, vt Iaſon ait,
priuilegium perſonale hoc eſt:
nec perſonam egreditur:l.prima,
§.ſi

§.ſi hæres percepto, ff.ad Trebel. l.fina.§.fina.ff.de contr.empt. & vend. ideoque immunitas conceſſa aut nobili,aut eccleſiæ , aut clerico minimè tranſiret ad emptorem. Ioannes Andr.in titu.de cenſi.§.nunc dicendum: in addit. Speculat.& in in tit.de imm.ecc. in fine.Facit regula,priuilegium, de reg.iur.libr.vj.l.quia perſo.ſolut.mat.dos quemadmo.petatur: Barto.in l.ſi tert.§.ſi quis priùs,de aqua plu.arcend.Eſſe autem perſonalem hanc petendæ editionis facultatem expreſsè affirmat Decius,in dicto capitulo primo, numero ſexageſimo , verſic .'vlt. vnde in contrarium partem ab omnibus diſceſſum eſt:quos recitat Dec.eod.loco,nu.13.in fine.

26 Nimis ſecurè à noſtris diſputatur, num beneficium † hoc ad eum tranſeat, qui cauſam habet à fiſco: cùm dubium apud me ſit, num fiſcus ipſe id poſſit. nam ſi quis attentiùs §. Item diui fratres,intueatur,iudicabit facilè nihil neceſſariò inde concludi:cùm edendum quidem fiſco dicat: à reo tamen edendum ſit ad intentionem fundandam,an ab extraneo nihil exprimat:nec citra euidentē calumniam poſſit torqueri ad hanc ſententiam . Id ſentiens Decius, multis coniecturis id demonſtrare nititur . Prima hæc eſt, quòd reſtringenda non ſit lex,quæ indefinitè aliquid ſtatuit,capit.ſolitæ,de maiori. & obedien.l.prima, §.& generaliter, de legat. præſt.l. de pretio, de public.in rem actione, lege in fraudem,de teſtamen.milit. in fine:l. ſi pluribus , de legatis ſecundo. cano.Si Romanorum,xix.diſtin. Roma.in l.ſi verò, §.de viro, ſol. matri. nu. 19. præterquàm quòd generalis hęc eſt coniectura:malè etiam videtur huic loco accommodari . abſurdum etenim eſſet, indefinita oratione reorum beneficium , ab æquitate & ſumma profectum humanitate,tolli: de quo expreſsè cautum ſit tum in hac lege , tum in lege , nimis graue , infrà, de teſt. argumento eorum quæ traduntur per Bartolum in lege,omnes populi, de iuſtit.& iur. in l. ſed & poſteriores, de legi.in l.ſciendum, in princip. qui ſatiſda.cogant.in extr. ad reprimend. in verb . non obſtantibus , in lege prima , §. & parui, quod vi aut clam.Alexander in l. fructus, ſolu. matr. Iaſ. in l.j. nu. 9.eod.titulo: Salicetus in l.finali, infrà, de iur. dotium . Felinus in capitul.primo,de reſcri. numero nono. gloſſa in lege tertia, de ſilentia . infrà , libro vndecimo . gloſſa in cano. de forma , vigeſimatertia quæſtione vltima, de

Ripa in lege prima , numero
57.de vulga.& pupilla.Cor.conſ.
vigeſimoſexto, numero duodeci
mo,volumine tertio , & conſilio
octogeſimoquarto , videtur pri-
ma facie , volumine ſecundo ,
nu. 9.

Prætereà §. ille, item diui fra
tres,de quo nunc agimus , à defi-
nita oratione cauſas capitales ex
cipit:in quibus fiſco exhibere in-
ſtrumenta neminem cogit:quod
(vti exiſtimo)nimis durum id ſit.
Cur igitur inde non eximemus
caſum noſtrum?cùm planè inhu
manum ſit, reũ actori arma ſup-
peditare inuitum, quibus pereat:
vt ſuprà concluſimus: atque ab
omnibus probetur , videri exce-
27 ptos † caſus omnes, qui vel ma-
iorem rationem habẽt,quàm ex-
ceptio lege expreſſa,vel ſaltem æ
qualem.Baldus in lege prima,in-
frà, de condition.indebit. Abbas
in capitulo ad audientiam,de cle
ricis non reſident.Alex. in l.j.nu.
59.de off.eius cui man.eſt iuriſdi.
Abb.& reliqui can.in c.quàm di-
lect.de confir.vti.vel inut.& in c.
quoniam frequenter,in prin.vt li
te non cont.Iaſ.in l.j.nu:20.ſolu.
matri. Alex.in l.ſingularia, nu.6.
in l.certi cõdictio , §.ſi nummos,
nu.2.in fin.ſi certum petatur.Bar
tol.in l.ſi conſtãte, in prin.ſoluto
matr. Angelus in lege prima, §.
ſi is qui quadringenta,ad Trebel
lianum . hoc etiam ipſo tractatu,
exceptionis factam extenſionem
obſeruaui , ex ſimili cauſa, in l. ſi
quis ex argẽtarijs, §.numularios,
ff.eodem . Hæc ergo coniectura
Decij non probat, à reo poſtula-
re fiſcum editionem,contra regu
lam noſtri text.Quare alia id ten
tauit ratione, quòd ſcilicet , diui
fratres,aliquid ſpecialiter fauore
fiſci conſtituere voluerint . Id
autem non poſſumus aſſeuerare,
niſi dicamus,conuentum debere
fiſco agenti inſtrumenta exhibe-
re in ſuum caput.

Si vbicunque fiſci fit mentio,
ibi contra communes regulas ali
quid fauore illius conſtituitur,nõ
repugno:quòd ſi probauero, re-
gulariter iure communi vti , niſi
expreſsè aliud cautum fuerit,ne-
mini probari debet hæc ſenten-
tia.Id autem planum fit ex l.item
veniunt, §.ait Prætor,verſi.in pri
uatorum, ff.de petitione hæredi-
tatis , & infrà, eodem titulo,lege
prima , vbi Cinus,Baldus, & Sali
cetus. Imò ſi Alexandro , & Ia-
ſoni credimus , in lege prima,
ſoluto matrimonio, numero tri-
geſimoſeptimo , deterior cauſa
†eſt fiſci quàm priuati,quoties ex 28
cauſa lucratiua experitur,non ex
ſuo ꝓprio cõtractu:per l.nõ puto,
ff.de iur.fiſc.Agit autẽ fiſcus in d.
§.

§. ex lucratiua cauſa, ſi ſecundum leg. primam, illius titu. & quę præceſſerunt, intelligatur, vt intelligenda eſt: l. ſi ſeruus plurium, §. fina. de legat. primo, l. qui filiabus, in princip. eodem titu. Et ne in anguſtum concludatur hęc diſputatio, quanuis lex illa ſecunda de fiſco agente intelligatur, & edi ſibi poſtulãte à reo, quod verba hæc (quæ ſuæ cauſæ nocitura) poſita in dicto §. diuus, neceſſariò mihi probant: nihil tamen ſpeciale ibi eſſe contendo. Nam vt omnes fatentur, malè petitur editio à fiſco in eo themate, niſi duo concurrant, quòd ſcilicet verum aliter haberi non poſſit: & ſubtracta credantur ea inſtrumenta, quæ cauſæ conuenti nocitura erat. ita Abbas, & Decius, ac reliqui iuris canonici interpretes, in dicto capit. primo, nec vlla eſt controuerſia, aut eſſe poteſt propter dict. §. diuus, à quo recipit interpretationem §. item diui fratres, ſed eandem cauſam ſufficere priuato actori volunt. quare ſatis temere hoc priuilegium induxerunt. Priuatum ve-

29 rò actorem, † cui citra culpam periêre probationes (vt in eo caſu in quo ſubtractæ credebantur) à reo editionem rectè poſtulare voluit gloſſ. in cano. fina. in verbo, occultatur, xiiij. quæſtione ſecunda, quæ licet editionis non meminerit, ad eam tamen rectiſſimè extenditur, per Rotam deciſione ccxiij. in nouis. & licet ſolus fauor veritatis inueniendæ per ſe non ſufficiat (vt Socinus, Abbas, Aretinus, & in ſumma omnes teſtantur) tamen coniunctus cum difficultate probandi, nulla actoris culpa contingente, ad id quod quærimus idoneus eſt: quam communem & receptiſſimam ſententiam confirmat textus, in leg. ſi quis ex argentarijs, §. final. ff. eodem, quam hîc citat Socinus, numero 10. latè Felinus, in dicto cap. primo, numero 12. nec regula noſtri textus vel legis, qui accuſare, infrà, eodem, aut leg. nimis graue, vel l. j. de quæſtionib. impediunt hanc editionem, cùm propter difficultatem probationis nulla regula non facilè vitietur, ſi cum illa caſus fortuitus coniungatur: vnde videmus non

eſſe iterum † edendum: repeti- 30
tur tamen editio propter ſuperiorem cauſam gloſſ. & Bartol. hoc loco per dict. l. ſi quis ex argentarijs: Baldus in rubrica, de fide inſtrumentorum, & in leg. diſſoluta. de condictione ſine cauſa. Videmus etiam teſtes minùs idoneos, & à iure reiectos admitti, vbi deeſt facultas pro-

bandi: Imol.in capitu.tertio loco, de probationib. Hoſtienſ.in cap.primo, de teſtibus cogendis. modò nihil ſit quod probāti poſſit imputari. Butrig.conſil.xxiiij. Decius, in dicto cap.numero 31. verſic.comprobatur. Hinc ſimiliter euenit, vt licet delictū probetur non coniecturis,ſed manifeſtis probationibus, & luce meridiana clarioribus:l.fin. infrà, de probationibus.tamen ob probandi difficultatem, coniecturæ ſufficiant, quod in vſurario, & fœneratore tradidit Ioannes And. in capitulo, ex literis, de iureiurando,libro ſexto, notat Bald. in authentica, quas actiones,de ſacroſanctis eccleſijs.interpret.in l. conſenſu,de repud.infrà, & in c. ad noſtram,de emptione & venditione. Ex quibus concluditur, fiſcum ſubijci regulæ noſtri tex. licet propter difficultatem probandi, quam potiùs caſu, quàm culpa incurrit, edi ſibi poſtulet à reo:quod ipſum impetrari à priuato æquiſſimum eſt: ſiue incendio, ruina, naufragio, ſiue caſu fortuito, probatio perierit, ſiue ſubtracta credatur ab aduerſario: quo caſu de culpa non erit diſputandum.

31 Probatio † autem huius rei, à iuramento ſolo ſumitur: vt crediderunt Domi.de Rota deciſio. ſuprà allega.Bartol.in l.emancipatus, de fide inſtrumento.Butr. in cap.j.argumen.l.theſaurus, ff. ad exhibend.& in l.ſi quis ex argentarijs, §.exigitur: idem tamē Bartol.in dict.l.ſi quis ex argentarijs, §.an verò hæredi. nume.2. vult manifeſtis probationibus id doceri ab actore petente editionem,nec ſufficere ſolum iuramētum:quia amiſſio cauſa eſt actionis.manifeſtæ autem probationes interdum teſtibus, interdum coniecturis perficiuntur, ſecundum varietatem caſuū, qui contigerūt: aliter enim probatur incendium, quod neminem latere poteſt: aliter furtum, quod plerunq; à domeſticis committitur: cui ſententiæ ſubſcripſerunt: & Curtius hoc loco,num.23.& Purpurat. nume.17. nec mihi diſplicet,cùm videam §.diuus.iam allegat coniecturas non excludere in illis verbis (ſubtracta credantur) facit quod voluit Barto. in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi Prætori, de noui operis nuntiatione. Bal.in l.quicunque, infrà,de ſeruis fugitiuis. Multa cumulat Iaſon, quæ referre nihil attinet, in dicta l.ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait, numero vigeſimo. carebit difficultate hæc traditio, quoties aliquando penes ſe habuiſſe inſtrumenta actorem,quæ nunc

nunc edi ſibi poſtulat , conſtiterit. Nam cùm ſemel habuerit , nunc habere præſumetur, niſi contrarium liquidò probauerit:doct.in l.ſiue poſsidetis, infrà,de probation. & in l.non dubitabit,infrà,ad exhiben.& in l.ſi creditor,infrà,de pigno.actione. Bart.Bald.Angel.Caſtr.Iaſon, in dicto §.Prętor ait,& cùm hęc ſola præſumptio reo conuento imponat onus probandi, qui ſolùm ſe tuetur (vt ibidem notatur) cui dubium eſſe poteſt,quin longè ęquius ſit idem recipi in actore?

32 Quòd ſi nunquam † ſe facultatem habuiſſe probandi actor dicat, nec de hac amiſsione poſsit diſputari,tunc vidēdum erit, an rectè poſsit imputari, cur probationes non parauerit:cur teſtes & tabelliones nō adhibuerit: vt iuſtè denegetur editio: in quo nemo diſſentit,vt hîc per Socin.nu.10.nec malitia aduerſarij, aut fauor veri inueſtigandi ſufficeret, niſi eluſorias eſſe volumus has omnes conſtitutiones.An verò nihil poſsit huiuſmodi actori obijci? & tunc velle videntur omnes doctores, potiorem eſſe cauſam defenſoris,quàm actoris:licet hic caſus mihi videatur habere eandem cauſam cum caſu ſuperiore,in quo perijſſent probationes. Quid enim æquius quàm compelli reum actori rationes exhibere, ſi fortè is dicat depoſuiſſe ſe,nec teſtes, aut notarium propter ſæuientem peſtem , aut imminens periculum, aut ſimilem aliquam cauſam adhibere potuiſſe? Nec diſtinguo hac in re actiones, in quibus exuberet iudicis officium, ab alijs, vt plerique fecerunt.nam officium iudicis in omnibus actionibus,quantùm ad ea attinet quæ poſt litem conteſtatam contingunt, æquale eſt:l.Ædiles, §.ſciendum,ff.de ædilit.edict.l.planè,ff.de petitione hæreditatis.

Redeamus ad probationes, de quibus agere cœpimus:& eorum excludamus opinionem,qui volunt ſolo iuramento probare actorem † perijſſe ſibi documen- 33
ta, ideoq; rectè poſtulare editionem. Id primùm probant ex dicta l.ſi quis ex argentarijs, §.exigitur, cui reſpondeo iuramentum calumniæ non excludere alias probationes, quæ ab actore deſiderantur, intentionis ſuæ. nam in omni actione iuramentum hoc exigitur: toto titu.infrà, de iuramento calumn.neque tamen eò minùs probationis onus actor, & reus ſubeunt: lege, qui accuſare, infrà,eodem.Ita declarat Bartol.in l.ſi is à quo,ff.vt in poſſeſsio. legat. ſeu fidei nomi.

Ergo & iurabit de calũnia actor,
& probabit (ſaltem probabilibus
coniecturis)amiſiſſe ſe probatio-
nes, aut (vt ipſi credimus) nulla
ſua culpa nunquam habuiſſe.

Secundò afferunt l.theſaurus,
quã Romanus ſemper in ore ha-
bet,infrà,ad exhiben.iuncta gloſ.
Soci.conſil.xcvj.volu.iiij. cui eo-
dem modo reſpondeo, quo legi
ſuperiori:nõ efficere ſcilicet illud
iuram entum calumniæquò mi-
nùs ſummaria præſtetur proba-
tio.de qua in l.iij.§.ſciendum,eo.
tit. Quid enim abſurdius quàm
pati me inuito effodi locum pro-
prium, id quolibet petente, licet
nullo modo ſit credibile theſau-
rum habere, aut habuiſſe: quod
prudenter Bal.eo loco mihi vide-
tur conſideraſſe. Item Bar.in d.l.
ſi is à quo.Nonnulla igitur cauſæ
cognitio interueniet prẹter iura-
mentum.Vel ſecũdò dici poteſt,
diſſimilem eſſe illam ſpeciem no
ſtro tractatui.nam licet in his iu-
dicijs, quæ vulgò ſummaria ap-
pellãtur,probatio omnis ſolo iu-
ramento impleatur:vt voluit Ac
curſius tum in dicta l.theſaurus,
tùm in dict.l.iij.§.ſciendum, licet
nũquam id mihi perſuaſerim,ta-
men non conſtat ſummariè, &
de plano cognoſci, an iuſta pro-
ponatur cauſa, ob quam petitur
34 editio,† an non: quinimò exiſti-
marem planè id conſtare debe-
re, quod & receptiùs eſſe video,
& ſuprà admonui in negotio, de
quo agimus,maximè ſi principa-
liter petitur.

Tertiò,allegatur l.fin.infrà, de
fide inſtrumen.l.fin.infrà, de iu-
re dominij impet.circa fin.Barto.
in dict.§.an verò,differẽtiam fa-
cit inter actorẽ à quo probatio-
nes petuntur neceſſariæ, aut ſal-
tem veriſimiles (vt in noſtro ca-
ſu)& reum, quem abundè † ſuf- 35
ficit iurare, maximè ſi ſolo offi-
cio iudicis obligatus eſſet: Alexã.
conſi.l.viij.nu.6.vol.j.nam ſi pro-
poneretur vi obligationis teneri
iuramentum, non eſſet idonea
probatio:l.ſi creditor,infrà, de pi
gno.actio.idem probat Salice.in
dicta l.fin.nume.6.& paſſim reli-
qui omnes in dicto §.ait Prætor,
nonnihil dubitante tum Fulgoſ.
tum etiam Iaſo. Ego tamen lon-
gè minori periculo vitari poſſe
illam legem exiſtimo: nam per-
abſurdum eſſet, reum aduerſarij
culpa,qui exhibitum inſtrumen-
tum de falſo noluit arguere,nul-
lo ſuo commodo in has difficul-
tates probationum conijci: at hîc
reus,in cauſa nõ eſt, cur perierint
probationes actori.

Quartò, affertur l.fin.ff.de bo-
nis auth.iudic.poſſid.Iaſ.in dict.
§.Prętor ait,nume.16.quaſi ſom-
nians

nians ait, ibi petitam fuiſſe editionem ab argentario, & notario:quaſi verò lex illa meminerit aut argentarij aut notarij: vel etiam quicquam inde ſequatur, quanuis vera ſint, quæ ille vult. Cogitabam itaque, num rectè diceretur, præpoſitum fuiſſe vnum ex creditoribus inſtrumentis, & cautio.ne fraus committatur:cuius cùm nihil interſit, ſemel an ſæpius deſcribatur aliquid ex inſtrumentis, ſolo actoris iuramento probatur amiſſio: at in propoſito themate,rei multùm intereſt non edere: ideoq; maior probatio ab actore non immeritò exigitur.Hanc ſolutionem cõfirmo ex eo quod voluit Bal.Ange.Roma.in l.ij.§.quod diximus:reliqui interpre.in l.fi.§.in computatione,infrà, de iure deliberan. probari ſcilicet iuramento quæ non magni ſunt præiudicij. Cùm ergo creditoris, communibus cautionibus præpoſiti,nihil omnino interſit,ſemel aut iterum deſcribi,ſolo iuramento contentus eſſe debet.Quid ergo, dicet aliquis, cauſæ eſt,cur ſæpius deſcribi non patiatur Prętor?Fortaſſe ne fraus cõmittatur, aut aliquid ſubtrahatur,aut pereat: vel quia non careat aut calumnia, aut negligentia,qui ſine alia probatione iurare paratus eſt ſe bis amiſiſſe.

Quintò, obſtat quod voluit Barto.in l.ij.§.quod diximus,ff.ſi quis cautioni.dum vult eum qui
† in iudicio non adfuit ſolo iu- 36
ramento impedimentum probare,ſi fortè illud alleget:Specul. in titu. de appellationib.§. nunc breuiter, verſic.quid ergo,l.ſcire oportet, §.ſufficit, de excuſ.tuto. quæ nihil omnino probat. Paulò aptiùs allegari potuiſſet cap.quia propter,§.illud autem, de elect. & elect.poteſt.hanc ſententiã diſertè Romanus cõfirmat in dict. §.quod diximus,nume.5.verſicu. ego verò, &c.gloſſ. in cap.quum olim eſſemus,in verſi.ſine reprehenſione,quæ de inſtrumento amiſſo tractat. Non omitto c.ſtatuimus, §.ſi verò.de reſcrip.libro vj.cap.vltra tertiam.de teſt.cap. cupientes, §.quòd ſi per viginti. Angel.in l.fin.de ferijs. facilè tamen remoueri hæc poſſunt. Primò ex doctrina Ioan.Andr.in c. primo,de dolo & contu. hoc totum ad officium iudicis relegantis:quòd lex modò iuraméto contẽta ſit,modò plenas exigat probationes:l.fina.§.illud,de tempo. appellat.l.omnes, §.à barbaris,ff. de re milit.Cùm ergo definiri nõ poſſit,nec certa regula ſtatui, de probando impedimento,non video quid tuto noſtræ cauſæ poſſit nocere.Deinde, vt rectiſſimè

conſtitutum eſt ab Ange.Roma. Caſtr.in dicto §.quod diximus.
37 quãdiu certa† haberi poteſt probatio,ad iuramentum non recurritur:vbi aliter non poteſt probari,illud ſufficit: ſi coniecturis, & probabilibus ſignis,quatenus res ipſa patietur, adiuuetur, iuxta doctrinam Bart.vulgò approbatam in l.quoties,infrà,de naufra. quod nõ negamus. nam vt idem Bartol.ait, in dict.l.ſi quis ex argentarijs, ea requirenda eſt pro-
38 batio † ab eo, qui amiſiſſe ſe dicit inſtrumenta,quę poteſt haberi: in quo ſatis ſignificauit, iuramentum ſufficere, ſi alia nõ poſſit haberi:atque omni caret difficultate hæc ſententia,quoties de paruo tractatur præiudicio: aliàs difficultas probationis ei potiùs noceret cui probãdum eſt, quàm ei contra quem probatur: argu. eorum quæ traduntur à Barto.in authen.hodie, infrà, de repud.& in l.ſi quidem, infrà,ſolut.matri. idq; tacitè innuit Iaſ.in dicto §. quod diximus,verſ.pro concord. Poſtremò refutari poteſt hæc ſimilitudo, quòd non ſint in controuerſiam reuocãda ea quę certa ſunt', propter ea quæ ſunt incertiſſima.Cùm igitur definitum ſit, quomodo amiſſio probetur, in d.l.ſi quis ex argentarijs, nondum autem cõſtitutum, quomodo probetur impedimentum, nõ debet quod certum eſt, propter incertum vellicari. Confirmatur quæ ſuprà à nobis relata ſunt, ab his quę notan.in l.quęſitum,ff. de re iudica.per Alex.conſil.liij.viſo themate ſupraſcripto, volumi.ij. Concludo itaque,quantùm attinet ad regulam noſtri text.nihil ſpeciale habere fiſcũ.† nam con- 39
tra l.nec quiſquam,ff.eod.eadem poſſunt dici,quę in l.ij.de iur.fiſc. Veriſſima autẽ illa eſt exceptio, de qua hactenus,quãdo difficultas, nulla actoris culpa contigiſſet:cuius difficultatis, circa probationem nulla ratio habenda eſt in cauſa capitali:dicto §.item diui fratres,ſiue fiſcus,ſiue priuatus agat.Capitale verò iudicium intelligitur, ex quo ſi damnatio ſequi neceſſe ſit vel mortẽ,vel ciuitatis amiſſionem, vel ſeruitutem contingere:l.ij.in princ.ff.de pœnis.nam quoquomodo eximatur caput de ciuitate aut morte, aut exilio,aut æquæ & ignis interdictione,capitale intelligimus iudicium:l.ij.ff.de public.iudic. idem de metalli coërtione:l.capitaliũ, in princ.ff.de pœn.l.edicto, §.rei, de bonor.poſſeſſio.l.eum patronum,ff.de iure patron.l.qui cùm maior, §.is demum, de bonis liberto.excluſa pœna quæ infamiã irrogaret:l.licet capitalis,de verborum

borum & rerum ſignifi.item pecuniaria pœna, vel corporis coërtione:l.ij.in fine, de public.iudic. quæ ſignificatio non ſolùm in Pandectis, ſed etiam in ſtatutis & iure municipali retinenda eſt: Imol.in dict.l.ij.de public.iudic. gloſ.in l.in criminali,infrà,de iuriſdi.omnium iudic.vnde apparet capitalium iudiciorum nomine malè incluſa fuiſſe à Iaſo. in l.iij.infrà, de tranſactionib.& Alex. ex quibus membri amputatio ſequitur, aut fuſtium ictus, aut omnium bonorum publicatio, aut exiſtimationis læſio: vt falsò plerique crediderunt.

Ratio huius exceptionis cauſa-
40 rum capitaliũ,† in quibus nec difficultas probandi,nec fiſci fauor efficiunt, vt reus edere contra ſe compellatur. hæc eſt (vt quidem exiſtimant) quòd nemo turpitudinem propriam ſuis inſtrumentis detegere compellatur.quę ratio minus legitima eſt, tum quia non probatur, tum quia, ſi vera eſſet, quoties de ſcelere non ageretur,reus ederet actori:quod tamen falſiſſimũ eſt. crebriore calculo hæc recepta eſt, quòd caput ſuum vnicuique quoquomodo debet licere tueri:l.trãſigere,iuncta gloſſ.infrà,de tranſaction.l.j. in princ.de bonis eorum qui ante ſentent.mort.ſibi conſc.

Ceſſat autem hæc traditio, vt Bartol.tradidit, infrà,l.proxima, quoties in cauſis capitalibus familiam † ſuam in caput ſuũ reus 41
producere cogeretur: veluti in caſu l.j.infrà,de quæſtionib. nam tunc multò magis propria inſtrumenta ederet: quod omnes ferme præter vnum Alciatũ approbauerunt:nec tam communis eſſe videtur hæc ſententia, quàm omnium.Torquentur autem ſerui in dominos quibuſdam caſibus enumeratis à gloſſ. in l.j.infrà, de quæſtionib.in cæteris, ne dominis quidem cõſentientibus, eis crederetur:l.j.verſic.cùm quidem,ff.de quęſtionib.Tunc quoque perperam hæc editio poſtularetur.verùm Aquenſis(quẽ Purpurat. in l.proxima, numę.18.citat) viam inuenit, qua in omni cauſa criminali hæc editio impetraretur. nam vbicunque quis in ſeipſum torqueri poteſt, contra ſe edere cogetur: at in omni crimine præcedentibus iudicijs legitimis poteſt iudex, ſi cauſa & rei conditio id poſtulet, quæſtionem adhibere:poterit etiam editionem imperare, qua in re illud obiter annotandum putaui,tam Bar.quàm Aquenſem nullo mòdo priuilegium fiſci cõſideraſſe, quanuis de illo ab initio ageretur, ſed in vniuerſum de omni-

bus id ſtatuiſſe.

Bartoli ſententia Alciato diſplicuit:Aquenſis verò opinio à Purpura.refutatur:& Alciatum quidem, vt diſſentiret, hæc potiſſimùm impulerunt. Primò, quòd huiuſmodi odioſæ diſpoſitiones, qualis illa eſt, quæ in l.prima, infrà,de quæſtionibus,legitur, non ſint extendendæ:l.cùm quidem, ff.de liberis & poſthu.notatur in l.ſi verò, §.de viro,ff.ſolut.matri. dos quemadmo.petat. quod non negauerim. Sit autem illa odioſa nécne,plurimùm dubito.nam quæ conſtitutiones ad detegendum crimen pertinent,ſummum reipub.fauorem continere videntur teſte Bartol.in l.quemadmodum,nume.4.de agrico.& cenſi. infrà,lib.x.Fauor autem hic publicus ante omnia ſpectãdus eſt: vt idem Bartol.tradidit,& cæteri notarunt in l.j.ſolut. matrim.Secundò, quòd huiuſmodi crimina,de quibus in dicta l.j.vix ſine conſcientia ſeruorum perpetrentur,nec vllus ſit inſtrumentorum vſus in illis:verùm id nihil nocet communi ſententię.nam ſi nulla inſtrumenta ſint, non poſtulabitur editio:ſi qua ſint,exhibebuntùr.Quid enim vetat,quò minùs ex rationibus ſuis fraudati cenſus,reus arguatur?aut literis,læſæ maieſtatis crimen detegatur? aut ſuſpiciones oriantur,quę adulterij probationem augeant? Tertio loco, plurimùm motus videtur hac ratione,quòd nõ tantùm periculum immineat accuſato ex ſeruis etiam tormentis ſubiectis, apud quos (vt ille ait) domini amor & reuerentia, equuleo & fidiculis præualebit, cùm in alijs tabulis nulla ſit tergiuerſandi ſpes. quæ ſit iſta ſeruorum erga dominos reuerentia,aut amor, ſi verbera atque plagas ſuſtuleris, me planè ignorare fateor: cuius rei fidem faciet tritum illud ſermone prouerbium,Tot nobis eſſe hoſtes,quot ſunt ſerui:adeò illis inſitum eſſe videtur naturale quoddam odium.atque illam eſſe cauſam ſuſpicor, cur conſtitutiones Imperatorũ vetuerint, ne de ſeruis in dominos temere aut paſſim haberetur quæſtio.† 42 Poſtremò, hac vtitur ratiocinatione,ſi in hoc tractatu inquit,de ſimilibus ad ſimilia liceret argumẽtari,reus actori ſemper ederet contra legem noſtram:cùm ſemper & indiſtinctè reus reſpõdeat poſitionibus actoris:c.j.de cõfeſſ.

Quamobrẽ malè noſtros argumentari† putat,de familiæ exhi- 43 bitione ad inſtrumentorum & rationum editionem. Falſum eſſe quod præſupponit Alciatus, reũ ſcilicet indiſtinctè cõpelli actori reſpond

reſpondere, iam abundè à me oſtenſum eſt: nec nunc inculcanda ea ſunt. Abundè autem in præſentiarum mihi ſufficit docuiſſe, in hoc tractatu, de ſimilibus ad ſimilia procedi: quod apertè oſtendit lex quędam, §.numularios, ff. eodem. veram igitur eſſe hanc communem ſentētiam apparet.

Reliquum eſt, vt ad opinionē Aquenſis deueniamus: quæ (vti diximus) Purpurato diſplicuit, tum quia in legem Bartoli peccet: qui non omnia capitalia iudicia excepit, ſed ea duntaxat in quibus ſerui contrà dominos torquentur, quæ pauca ſunt: deinde quòd vehementer §. diuus, reſtringat, ſi toties à reo petitur editio, quoties de eo quæſtio habetur. Sed in eo nihil nouū eſt, cùm ſpecialem hic caſus habeat cauſam (vt poſteà oſtendemus) propter quam, ſi à regula illa recedatur, nihil mirum eſt. Præterea ait Purpuratus, quem Alciatus ſequitur, ſi à quæſtione ad editionem rectè argumentamur, ſemper in ciuilibus fiet editio, quoniā ſemper extorquetur à reo confeſſio: quę nihil aliud eſt, quàm quædam tortura ſpiritualis: vt Dominic. de Sāct. Gemi. ſcripſit in d.c. j. de confeſſ. Hæc legi, hæc ſcribi, hæc referri quis nō miretur? Quę profectò refutarem, niſi riſu potiùs, quàm refutatione digna exiſtimarem. Illud præterea obijcit Aquenſi, quòd multùm interſit inter editionem & quæſtionem. nam inſtrumēta probabunt contra edentem, ſecundum Bartolum in lege, poſt legatum, de his quibus vt indig. quod non eſt in quæſtione niſi repetita fuerit, & pręterea adſit perſeuerentia: l. repeti: vbi omnes doctores, ff. de quæſtio. quaſi verò ſemper inſtrumenta probent, aut quicquam interſit quomodo fidē faciat quæſtio, modò probet: & vt haſta hęc in eum retorqueatur, cogitet, longè difficiliùs debere haberi quæſtionem, quàm editionem concedi. nam præterquàm quòd confeſſio, quæ tormētis elicitur, probat, ſiue perſeuerantia ſit opus, ſiue non, cruciatum corporis habet: qui longè grauior, atque inhumanior eſt, quàm quælibet editio: tota vis in eo conſiſtere videtur, quòd nec lege† nec ratio- 44
ne hæc probetur opinio. De lege nunc nihil dicendum eſt: de ratione pauca videamus. duplex ratio potiſſimùm hanc ſententiam poteſt confirmare: prima, quòd ab omnibus vno ore probatū ſit, in ſubſidium deueniendum eſſe ad quæſtionem, ac tum demum quum nulla ſupereſt alia probandi via: lege diuus Pius, ff. de quæ-

ſtio.qui textus non malè proba-
bit, ſi quis ſecum reputet, imma-
45 ni quadam conſuetudine, † &
iudicum ſæuitia eò deuentum eſ
ſe, vt non aliter hodie de liberis
hominibus, quàm olim de ſeruis
quæſtio habeatur. quòd ſi illi tor
quentur tunc ſolùm, quum aliter
verum haberi non poteſt: hi quo
que longè maiore ratione, non
aliter quæſtioni ſubijci debent:
licet grauiter à pleriſque in ea re
peccetur, qui à tormentis inci-
piunt: facit l.edictum, ff.de quæ-
ſtio.l.quoties, infrà, de quæſt. An-
ge.in tracta.male.in ver.fama pu
blica, Cinus in l.ij.infrà, quor.ap.
non recipiũtur. Baldus in lege pri
ma, verſic.vlteriùs nota, infrà, de
iura.calumn. Corneus conſilio
centeſimoprimo, volumine ſecũ-
do. Cùm igitur inſtrumentis &
rationibus delictum probari poſ
ſit, & conſequenter à quæſtione
ſuperſederi (vt Bartolus expli-
cat, in lege, ſenatus, ff.ad Turpil.)
non ſolùm inhumanum erit, ſed
etiam illegitimum, prætermiſſo
hoc probandi genere, tormentis
verum exquirere: quæ certè ra-
tio (ne quem debita laude frau-
dem, & furtiuis ornem coloribus,
æſopicam corniculam imitans)
ex his quę Purpuratus ſcripſit nu
mero 20.facilè colligitur.

Secundo loco, confirmari po
teſt hæc traditio, ex eo quòd tor-
menta † nunquam adhibeantur, 46
niſi magna indicia præcedant: a-
deò vt præter confeſſionem, ni-
hil fermè probationi pleniſſimæ
videatur deeſſe: lege prima, ff.de
quęſt.l.milites, infrà, eo.tit.l.ſicut,
infrà, de fal Hipp.de Marſ.ſingu.
cxvij.cuius initium ad torturam:
adeò vt his ceſſantibus, per quæ-
ſtionem extorta confeſſio nihil
confeſſo noceat, quantumuis ex-
tra tormenta approbata. Alexan
der conſil.primo, viſo proceſſu,
numero ſecundo, libr.tertio, & cõ
ſil.v.nu.1.volu.j.latè Roma.& ele
ganter conſi.clxvij. Antonius Ac
cuſatus, numero quinto, & ſex-
to, Corneus conſilio centeſimo
trigeſimoquarto, in cauſa Gaſpa
ris, numero primo, volumine
quarto, conſilio vigeſimo, volu-
mine tertio, & conſil. centeſimo
nonageſimoſecundo, volumine
quarto: quibus indicijs & coniec-
cturis ſuam quoquomodo inten
tionem impleuit, & accuſationẽ
veriſimilẽ reddidit. Quare, ſi ad
plenam probationẽ, præter tor-
mẽta exhiberi petat & rationes,
& inſtrumẽta, nihil iniquũ petet:
cùm receptiſſimũ ſit, adiuuandæ
intẽtionis cauſa actorẽ à reo im-
petrare debere hanc editionẽ: de
quo latiùs mox diſputabimus. Rẽ
futari tamẽ poſſet hęc ratio, quòd
quem

quemadmodum à cõmunibus re
gulis exceptæ ſunt cauſæ capita-
les,in quibus malè poſtulatur hęc
editio , etiã ſi accuſatori facultas
perierit probandi(vt iam docui-
mus ex §.itẽ diui fratres,) ita ex-
ceptæ videantur criminales,ſiue
ad publica iudicia, ſiue ad priua-
ta pertineant:l.ij.ff.de pœ.Bar. in
l.iij.de ſepul.vio.poſt gl.&illis ceſ
ſabit editio,quæ fit adiuuãdæ in-
tentionis cauſa, licet regulariter
locum habeat in ciuilibus.Quòd
autem criminalium,& capitaliũ,
par ſit cauſa, teſtatur citra vllam
exceptionem Barto.in d.§. diuus,
& in l.ij.infrà,eod. adeò vt etiam
cauſas criminales ciuiliter inten-
tatas,iux.l.fin.ff.de furt.compre-
hendere videtur : ſequitur Alex.
in cõſi.cxxxij.vol.j.nu.5.qui tamẽ
reſtringere videtur in criminali-
bus criminaliter intẽtatis:ex qui-
bus ſcilicet,pœna fiſco applican-
da eſſet:Abb.Dec.in d.c.j. nu. 14.
Bald.in l.fi.de fer. Ang.in d.§.di-
uus,Iaſ.hîc,nu.8.Purp.nu.18.Cur.
communem eſſe teſtatur hac po-
tiſſimùm ratione,quòd quemad-
modum non cogitur reus poſi-
tioni reſpondere,quoties ſuo re-
ſponſo ſcelus crimẽnque ſuũ de-
tegeret(vt receptum eſt crebrio-
re calculo in l.ij.§.quod obſerua
ri,infrà,de iu.ca.ita necedere.Me
tamen horũ vel nomen, vel ratio
nõ inducit,vt credam,cauſas cri-
minales à cõmuuibus regulis ſu-
prà relatis eximẽdas eſſe.Animad
uertendũ itaq; erit de hac re po-
tiſſimùm diſputari ab his qui pu-
tant fiſcũ priuilegiũ habere,& v-
nũ illud cõcedẽdũ ſit in crimina
libus cauſis ambigũt. Nos eas dif
ficultates euaſimus : lõgiùs tamẽ
eaſdẽ dubitationes trahimus.quę
rimus enim in vniuerſum,an cau
ſæ criminales † cõmunibus regu- 47
lis includãtur:& licet varię diffe-
rentiæ, varijs in locis relatæ ſint,
in hoc tamen argumẽto includi
putamus.Primò , quia ſi rationes
ſuprà allatę efficiunt,vt in capita
libus cauſis,priusq̃ reus quæſtio-
ni permittatur,inſtrumẽtis illius
veritas exquirenda ſit , multò id
magis admitti debeat in reliquis
cauſis criminalibus non capitali
bus : & vt citra perturbationem
res hęc tradatur,de tribus ordine
quæram : quæ & ſi diſtincta ſint
ac non aliter ſeparata , quàm τὰ
μυσῶν, ϰ̀ φρυγῶν ὁρίσματα, vt Græcis
eſt in prouerbio, tamen diſcreta
ab aliquo fuiſſe nõ inuenio.

Primùm itaque inueſtigan-
dum eſt , an fiſco † agenti , ci- 48
tra aliam cauſam , ad proban-
dam illius intẽtionem edendum
ſit in cauſa capitali(in quo nemò
dubitat) & criminali:putátq; vul
gò interpretes, nõ eſſe edendum

nos abundè oſtendimus, & verè (niſi fallor) neq; in criminali, neq; capitali neq; ciuili fiſco edēdū eſſe, niſi alia cōcurrat cauſa. quo fit vt ſuperuacua ſit eorū altercatio, q̃ exēplo fiſci, ſit imperanda reo, nécne hæc editio, diſputant, quoties eccleſia experiretur, propter ea quę notantur in l.fin.ſuprà, de ſacroſ.eccl.per Bal.in rub. de pri. fiſci, aut quoties in cauſa matrimonij eſſemus, aut dotis, aut alimentorum, aut libertatis, ſtudij, miſerabilium perſonarū, aut quoquomodo fauorabili. nā ſi exemplo fiſci, hæc admittenda ſunt, cōſtiterit autem nihil de fiſco ſtatutū eſſe, multò minùs de his ſtatui poterit: arg.l.in teſtamento, de cōdit.& demon. Dec. in d.c.j.nu.19. verſicu.octauo, & vltimo: per ſe hæc ſubſiſtere putat quantunuis de fiſco nihil expreſsè ſtatutum eſſet. id conficit hoc modo, Fauore rei actor edere cogitur: l.iuſtū, infrà, eodem, & iam multa diximus de ea re: ſed fauor harum cauſarum, quas modo enumerauimus, vincit fauorem rei: capitulo finali, de re iudicata, lege, inter pares, ff.de re iudicata: lege, lege Iunia, ff.de manumiſſ. Longè igitur faciliùs hîc fiet editio: & licet quatuor duntaxat cauſarum ibi mentio facta fuerit, idem tamen in cæteris recipiendum eſt; quoniam (vt vulgò dicitur) exempla non reſtringunt regulam: capitulo primo, ne clerici vel monachi, §.hactenus, Inſtituta de gradib. cognat. Sophiſtices plena hæc eſt ratiocinatio, meramque præ ſe fert calumniam. præſupponit enim fauore rei hoc introductum fuiſſe, vt actor reo edat: cùm ſit credibilius negotij ipſius æquitate id fuiſſe receptum: cùm æquiſſimum ſit ſuis armis repelli actorem, qui inconſultò, aut calumnioſè impetum in reum non debet facere. deinde permittendum fuit eidem vndique defenſionem venari, quòd ad eam rem tempus datum non fuerit: quæ ratio ceſſat in actore, ſiue fauorabilem tueatur cauſam, ſiue odioſam. Quantùm igitur attinet ad capitulum finale, de re iudicata, reſpondeo, tunc cauſam actoris fauorabilem præponi reo, quoties eadem eſt ratio: at hîc longè diuerſa inuenitur: argumento ſæpius allegatę authenticæ ſi quando, infrà, de dilationibus.

Secundo loco quæri poteſt, num fiſco, † & illius exemplo 49 cuicunque priuato ereptam probandi facultatem aſſeueranti, ſiue ſubtracta ſint inſtrumenta, ſiue quolibet alio caſu citra culpā illius perierint, ſit edēdum à reo: & in

& in ciuilibus quidē edi exploratum eſt,d. §.diuus:in capitalibus quoque, omni caret difficultate, d. §.item diui fratres, in fi.in criminalibus autem non capitalibus,nihil expeditum video. nam aliò nos humanitas trahit,aliò vocat lex, vt putatur ; interpretes verò rem omnem deſerunt. Exiſtimarem itaque, parem eſſe cauſam horum criminalium iudiciorum,quibus de pecunia & exiſtimatione agitur,ipſarumq́ue capitalium cauſarum : quod neque Bartolo, nec cuiquam interpretum diſplicebit, excepto Decio, & paucis alijs,qui & numero, & authoritate,& lege his lōgè ſunt inferiores : licet hi omnes de priuilegio fiſci duntaxat verba faciant. Hæc vt vera credam, facit illa & generalis, & trita regula, quòd in criminalibus negotijs humaniorē amplecti debeamus ſententiam : Bartolus in lege ſecunda, §.exercitium,ff.de his qui notantur infamia: deinde, quia exceptiones regulam firmant in caſibus non exceptis,l.cùm Prætor,de iu.l.maritus,infrà, de pro. xxv.diſt.cano.qualis,doctor.in c. quū dilecta,de confir.vti.vel inutil.regula autem hæc eſt non eſſe edendum actori à reo : exceptio niſi verum aliter inueniri nō poſſit, & de re pecuniaria, aut de dominio agatur : quæ exceptio cauſis criminalibus minimè conuenit, in quibus de fama præcipuè, non de pecunia agitur : lege,capitalium, in principio, ff. de pœnis : nec eſt pecunia conſideranda : argumento leg. cùm emancipati, §.emācipatus filius, ff, de collation.Præterea caſus omiſſi pro expreſſis habentur,ſi expreſſis ſint ſimiles:Bartolus in lege prima, ſuprà, de diuerſ.reſcri. & nos latè ſuprà oſtendimus.criminales autem cauſę,propter infamiam ſimiles ſunt capitalibus, in quibus periculū vitæ verſatur: l.iuſta,de man.vin.Igitur eo §.cōprehendentur : facit quod voluit Iaſon in lege, tranſigere, infrà, de tranſactionibus. Ergo nec in capitalibus, neque criminalibus non capitalibus, ciuiliter aut criminaliter intentatis,modò infamia,aut exiſtimationis lęſio ſequi poſſit, reus actori edet:quanuis caſu contigerit, vt nullo modo probari poſſit actio, vel accuſatio:quo fit,vt mihi non placeat Alexandr. ſententia exiſtimantis in lege proxima,numero decimo,edendum eſſe in criminalibus,quoties deperdita eſſent inſtrumēta originalia,vel(vt alij interpretantur)imperfecta,aut obſcura:argument. leg. de ętate, §. nihil intereſt,de interrogato.act.

difficultas enim probandi nihil ad eam rem facit: dicto §. diuus.

Tertiò quærendum eſt, num
50 à reo † poſtuletur rectè hæc editio, ſi de eo haberi poſſit quæſtio: & cõſtat eorum argumento quæ Bartolus infrà, lege proxima tradidit, & quę nos ſuprà attulimus, neceſſariò edendum eſſe: idque Curtius aſſeuerat, infrà, lege proxima, numero 71. Tempeſtiuum nunc eſt, vt ad alias exceptionum cauſas redeamus, exploſo hactenus priuilegio fiſcali: de quo multa neceſſariò dicenda fuerunt, vt corruptiſſimus alioquin locus purgaretur.

Secunda exceptio ſuperioris regulę, ab odio conuenti petita eſt. iubet enim Clemẽtina primæ, §. cæterùm, de vſuris, fœneratores
51 † conuentos ſuper vſurarum reſtitutione, ſuos codices exhibere poſtulante aduerſario. Cuius ratio hæc eſſe traditur, quòd non aliter poſſit ſcelus hoc detegi: quæ ratio efficit, vt nihil ſit ſpeciale in vſurario: cùm in vniuerſum iam pronuntiauerimus, ob difficultatem probandi, reũ compelli actori edere: dicto §. diuus, niſi fortè dicamus id ſpeciale eſſe in fœneratore, vt quoties ab eo petitur editio, nihil conſideretur, an culpa ſua facultatem probandi amiſerit, an non: ſed generaliter id ſtatutum ſit partim odio vſurarum, partim ipſius difficultatis cauſa.

Neceſſariò autem priuſquam Clementina locum habeat, probandum eſt, quem vſurarium eſſe: Purpuratus hîc numero vigeſimotertio, Romanus conſilio ccvj. vltra pridie allegata. nam qualitas, cuius in lege fit mentio, neceſſariò ante omnia probanda eſt: Baldus in lege, ſi quando, infrà, vnde vi, Ioannes Andreas in capitulo primo, de homi. libro ſexto: Baldus in lege, ſi quis non dicam rapere, ſuprà, de epiſcopis & cleric. Ancharanus conſilio trigeſimotertio, in hac cauſa quia, Ludouicus Romanus conſilio cẽteſimo decimo, quæſt. conſult. nu. 4. per l. j. §. fi. cum ſeq. de incen. ruina, & nau. Ange. in l. vel negare, ff. quemad. teſt. aper. Hippolyt. de Marſ. ſing. clxxxvij. qualitas appoſita, &c. Alex. conſ. lxxxij. in cauſa vertente, volu. iij. Cæpo. conſ. lviij. Franciſcus, Ale. conſ. cxcix. viſo & diſcuſſo, vol. ij. Rom. cõſ. clxvij. Ant. Accuſatis, Ang. cõſ. cxciiij. viſis proceſſibus, latè Hippolyt. de Marſ. in lege, ſi quis, ne quæſtio, ff. de quæſtion. & in tractatu probationũ, nume. 441. & 442. Probatur autem quis vſurarius, ex pluribus cõcurrentibus iudicijs: gloſſ. in c. quum

in

in diœceſi, de vſuris. Baldus in l. quum proponeretur, ff.de leg.ij. Ioann.de Anania conſil. xlix.Iaſ. in l.quum,cum,infrà, de tranſa. idem in l. licet Imperator, nu. 11. de leg.j.Abbas in c. ad noſtram, de emp.& ven.Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs, §.Pretor ait,nu.27.ff. eo.Hippolytus de Mar.in tractatu probationum,numero 310. ita tamen vt ſola fama non ſufficiat, niſi alijs adiuuetur argumentis: vt expreſsè tradidit Abbas in capitulo, in diœceſi,de vſuris,gloſ. in capitul.j.de vſu.lib.vj.ſufficiétque vnum teſtem cum fama concurrere, atque plenam inducet probationem:vt vult gloſſ. in lege ſecunda,ff.de excuſat.tuto.tãtúdem poterit contractus, ex cuius forma de fœnore cõſtaret: vt voluit Decius conſilio ſeptuageſimo,numero vltimo, cuius initium,viſo themate & his, volumine primo.

Secundò requiritur,vt fœnus
52 † exercere non deſierit. cuius probatio ei incumbet, à quo petitur editio: quia nomen vſurarij in eo aboletur:capitu. cùm tu,de vſur.Bald.in rubric.infrà,de vſuris,Aretinus in dicto capitu. primo: quæ ſententia difficultate caret, quoties reſtitutæ fuiſſent vſuræ,tum quia non poteſt imperari editio vi illius Clementinę, niſi de vſuris agatur, tũ quia indignum eſſet ei crimen obijci, qui ad ſanam mentem redijſſet,& omnem maculam eluiſſet:dicto capitulo cùm tu, iuncta gloſſa. ita Alexander hoc loco. Decius in capitulo primo, numero vigeſimotertio.Felinus numero ſecundo, per capitulum,inter ſollicitudines,de purga.cano.lege,ſi mater, infrà, ne de ſtatu defunct. qua ratione facilè vitantur ea omnia, quæ traduntur per Baldum in lege, improbum, infrà, de infami.alioquin nihil prodeſſet vſuras deſijſſe exercere, maximè cùm de præterito delicto, non autem de præſenti ſtatu agatur: vt voluit Bartolus in l. prætor ait, §.is etiam, ff.eodem: cuius ſententia communis eſt,teſte Decio in dicto capitulo primo, numero vigeſimoſecundo.

Tertiò requiritur, vt de
vſuris † repetendis agatur, in 53
eamque cauſam poſtuletur editio: alioquin ceſſat Clementina illa: Baldus in capitulo clerici, de vita & honeſtate clericorum,Decius numero vigeſimoquarto,Iaſon hoc loco,nec vllus,quod ſciã, diſcrepat.

Cogendi verò vſurarium ad hanc editionem, via petitur à ſententia excommuni-

cationis: ita vt nec domum illius ingredi debeat iudex eo inuito, nec arcam effringere, horum codicum extrahendorum cauſa: vt diſertè firmauit gloſſ. in verb. cenſura, dum Clementinã primã interpretatur. nonnihil tamen diſſentiunt quæ ſuprà attulimus, dum ageremus de euangelica denuntiatione: vnde petenda erunt quæ ad hunc locum pertinent.

Poſtremò ſciendum eſt, multis modis produci ſuperiorem cõſtitutionem. Primùm, vt non ſo-
54 lùm codices, † quibus negotiatio vltrò citroque dãdi continetur, ſed etiã omnem ſchedulam priuatamque ſcripturã exhibeat, ſiue ad fœnus pertineat, ſiue non. Ange. in lege ſi quis, §. rationem, ff. eodem, Alexander, Iaſon, & reliqui hoc loco. Diſſentit Decius in dicto capitulo primo, verſicul. ſecundo: reſpondet Alexãder, cuius ſententia licet verior ſit, propter dictum §. rationem, hęc tamen receptior eſt.

Secundò, vt nihil interſit, an ad pœnam agatur vel Lateranenſis conſilij, vel capituli primi, de vſu. libr. vj. vel alias pœnas, quas cuiuſque loci propriæ cõſtitutiones irrogarent, an ad vſurarum reſtitutionem ſolùm actor experiatur: quòd in alijs minimè reci-piendũ eſſet, cùm de infamia eius agatur à quo petitur editio: vt ſuprà oſtendimus. quæ ſententia à quibuſdam introducta, à Decio & eleganter & verè refutatur:
cùm locus † non ſit Clementi- 55
nę primę, niſi iã cõſtiterit quem fœneratorem eſſe, planeque crimen detectum ſit. id enim cauſa eſt actionis. Multa in eam rem ab eodem Decio afferuntur, quę breuitatis cauſa omitto.

Tertiò, quod de vſurario di-
ctum eſt, locum † habere volunt 56
in eius hærede, à quo fœnus per defunctum exactum repeteretur lege, quædam, §. nihil intereſt: vbi Bartolus, ff. eodem, Baldus in lege finali, infrà, de fide inſtrumẽtorum, gloſſ. in dicta Clem. ſuper ver. ipſos. nec eximetur iurãs hæres ſe nõ habere, niſi plenè id doceat, aut ſaltem adeò probabilibus coniecturis, vt meritò iudicẽ mouere poſſint, & debeant. diſer. gloſ. in d. Clemen. nec obſtat, l. fi. infrà, de fid. inſtru. dum vult ſolo iuramento probari amiſſionem: quoniam rectè imputari poterat editionem poſtulanti, cur ſcripturam ſuſpectam nõ dixerit, quum primùm exhibita fuit. quod ego veriſſimum puto, maximè ſi ad hæredem perueniſſe actor probauerit: quod probari vult Baldus in lege, alio, infrà, de in litem iur.

iurando, non ſine ratione: cùm nō ſit probabile,fœneratores huiuſmodi libros ſibi ſuperſtites reliquiſſe:ex quibus dubia redditur Bart.opinio,quæ communis eſt, exiſtimantis,ſolo iuramēto probari amiſſionem, quoties officio iudicis ad edendum quis teneretur:quam ſententiam ipſe ſequerer, vbi non probaſſet actor ad reum perueniſſe libros:aliâs gloſ. aſſentirer.

Quartò, inſpiciendum non putauit Purpuratus, an iure fœnus exercuerit, & municipali lege permittente, an non: quo fit, vt expeditum ſit, quod gloſſ.voluit in dicta Clementi.prima.nam ſiue iure, ſiue iniuria vſuras recipiant Iudæi(de quo latiſsimè diſputatur ab Alex.conſil.j.volu.ij) ſiue muniti ſint aliquo ſpeciali priuilegio,ſiue iure communi v-
57 tantur, ſemper edere † compellentur,atque communis hæc eſt ſententia, vt apparet ex his quæ fuſiſſimè ſcripta ſunt à Dec.numero vigeſimo: Socinus, conſil. lxx. in præſenti conſultatione, volumi.primo, Aretinus, conſilio centeſimo quinquageſimooctauo, copioſè: atque hæc ab omnibus fermè recepta eſt ſententia.

Quintò, ſuperiora locum habent, non ſolùm in eo qui occultè fœnus exerceret, ſed etiam qui manifeſtè: alioquin ſequeretur, quod eſt abſurdiſſimum, vt tanto melior hac in parte vſurarij cauſa eſſet, quanto grauiùs delinqueret.

Sextò, quoquomodo quis vſuras exerceat, etiam merces cariùs vendendo: de quo per Iaſo. hîc, & Purpurat.nu.20.

Septimò,extēditur † Clementina prima ad nautas,caupones, 58
ſtabularios, publicanos, tum per Alexan.hîc,tum per Feli.in dict. capit.j. quod mihi planè ridiculum eſſe videtur. longè etenim aliter de publicanis ſentiunt homines non quidem mali aut imperiti, ſed ad ſuas extenſiones nimiùm procliues, quàm veteres, quibus meliùs noti erant, quàm Alexandro aut Felino. horum enim ordinem Cicero equitum Romanorum Florem, ciuitatis ornamentum, Reipublicę firmamentum appellat.nec intelligo,quanuis omnia concedam, quæ iſti prædicant, quid commune habeat horum vel audacia vel temeritas, cum vſuraria prauitate. Inæqualibus autem delictis pares pœnas ſtatuere, Stoicorum eſt, non Iuriſconſultorum. Quòd ſi improbi ſunt caupones & ſtabularij, non minùs quàm fœneratores, mirum

M

eſt, cur non expellantur. Cui &
illud accedit, quòd non ſola im-
probitas vſurariorum cauſam
dederit illi Clementinæ, niſi cum
ea coniuncta fuerit quæſtio vſu-
rarum. de vſuris autem non con-
tenditur cum cauponibus, &
ſtabularijs. Miſſas ergo faciamus
has nugas, & reliquas proſequa-
mur exceptiones. Cauſa alia pro-
ponitur, ſi mandato actoris ſcri-
ptæ ſint rationes, & petentis in-
tereſt. quibus duobus concurren-
tibus, ad editionem † compelli-
59 tur reus: l. ſi quis ex Argentarijs,
§. pertinere, ff. eodem, Barto. hîc,
numero 3. & licet textus Argen-
tarij meminerit, ad cuius fidem
publicè recurrebatur: l. Argen-
tarius, in princip. eorumq́; præ-
cipua opera in conficiendis ra-
tionibus eſſet poſita: tamen ge-
neraliter idem admittendum pu
tat, ſiue ex officio mandatum
quis ſuſceperit, ſiue præter offi-
cium: quod notatu digniſſimum
videtur: Bald. numero 5. verſicu.
ſed contrà, omnes in ſumma ſe-
quuntur. quòd ſi nihil intereſ-
ſet, mandatum nõ ſufficeret: cùm
nulla ſit petitio, quam non fa-
cilè excludat hæc exceptio, tua
nihil intereſt: leg. poſthumus, §.
ſi quis ex his, vbi omnes, ff. de
inofficioſo teſtamento. lege, ſi
quis ex Argentarijs, §. exigitur,
ff. eodẽ.

Eſt equidem hæc cauſa in ſe ve-
riſſima: tamen huic loco non
conuenit. nobis enim agendum
non eſt de omni ſpecie editionis
in hac lege, ſed ea duntaxat, quę
fit † officio iudicis. vt latiùs poſt- 60
eà demonſtrabimus, quòd ſi cer-
tum ſcopum huius reſponſi in-
terpretes ſibi proponere maluiſ-
ſent, quàm volantia (vt dicitur)
ſectari, omnem profectò ſpe-
ciem editionis, quæ vi præce-
dentis contractus, aut obliga-
tionis fit, prætermiſiſſent. Itaque
neque de tutore, neque de pro-
curatore, curatore, negotiorum
geſtore agendum eſt hoc loco
aut ſocio, qui vel actione tute-
læ, aut iudicio mandati conue-
niuntur, vel pro ſocio: l. quæ-
dam, in princip. ff. eodem. Exclu-
denda ſimiliter cauſa eſt empto-
ris à venditore, legatarij ab hæ-
rede, domini à poſſeſſore ratio-
nes aut inſtrumenta petentis vi:
l. creditor, l. Titius, ff. de actione
empt. & vendi. leg. inſtrumenta,
infrà, de fide inſtrumentorum,
idemq́; iudicium eſto debitoris
à creditore inſtrumentum re-
petentis, condictione ex l. diſſo-
lutæ, infrà, de condictione ex le-
ge. vel de ea editione, quæ vi il-
lius interdicti, de tabulis exhibẽ-
dis fieret. Cùm ergo ex mandato
actio

actionem oriri certum ſit(quemadmodum ex reliquis iuſtis pactis, & contractibus: l. iuriſgentium, in principio, ff.de pactis) ſi mandatum de conficiendis rationibus præceſſerit vi illius, & actionis inde deſcendẽtis, potiùs quàm officio iudicis, aut vi noſtræ legis, fiet.

61 Pleriq; propter ſolum † intereſſe, ceſſante mandato, edendum eſſe crediderũt ex quadam æquitate, quæ iuſtè ad id iudicem moueat. ex duobus hi potiſſimùm moueri poſſunt. Primò, ex l.fina. infrà, de bonis autho.iudi.poſſid. quæ nihil omnino probat, tum quia ex iuſta cauſa lex id fieri dicat, quemadmodum hæc noſtrã, nec tamen aperiatur quænam illa ſit: vt iuſtè dubitari poſſit, an ſolum intereſſe ſufficiat, an non: tum quia in caput eorum non petebatur inſtrumẽtorum facultas, qui ea detinebant: miſſi enim fuerant creditores in poſſeſsionẽ bonorum latitantis rei: ex quibus vnus rationibus & inſtrumẽtis ſeruãdis fuerat præpoſitus, cuius fortaſſe nihil intererat, ab altero legi & deſcribi inſtrumenta. At hîc nos de editione agimus, quæ nocitura eſt ei à quo poſtulatur, quique recuſat. Secundò, id probare videtur l.iij.§.interdum, ad exhibendum, quæ multos miſerè torſit. Aretinus ſecutus gloſſ. in verbo, conſcripſerit, mandatum interueniſſe dicit, propter quod rationum poſtulatur exhibitio. confirmat hanc ſententiam Roman. conſil. cccxcviij. vt clarior, dum vult mandato meo confectas intelligi rationes, aut præſumi, quæ principaliter ad rem meam pertineant. diuinatione non caret hæc Aretini expoſitio: & prætereà(quod me plurimùm mouet) quanuis maximè verum eſſet mandatum in eo §. præceſsiſſe, illius tamen nulla haberi ratio potuiſſet: cùm videam non à ſeruo qui cõſcripſerat, ſed ab extraneo poſſeſſore, ad quem peruenerant, petitam fuiſſe exhibitionem. ſcimus enim mandatũ eum duntaxat afficere, qui ſuſcepit, nec ad ſingulares ſucceſſores tranſgredi, aut rem comitari: quemadmodum nec reliquę perſonales obligationes, l. quoties, infrà, de rei vendi. l.fin.§.fina. infrà, de contrahen.emptio.& venditio. Bald. cùm illi §. reſponderi poſſe diffideret, in ſubſidium, ratione ſolius intereſſe, compelli reum actori edere audacter affirmauit: cuius opinionem adiuuat §. ſciendum, eiuſdem legis tertiæ: vera tamen illa eſſe non poteſt, ſiue actionem in factum, aut ad exhibendum

quis intueatur:quas non parit ſo-
lum intereſſe.l.penult.ff.ad exhi-
bend.niſi iuſtam cauſam habeat:
vt quia meę ſint rationes, aut ſal-
tem de re mea confectæ, ſiue de
tractatu noſtro agamus: hîc ete-
nim petentis intererat, nec tamē
idcirco fit editio. Poſtremò con-
ſiderandum eſt,multùm intereſ-
ſe de editione agatur, an de ex-
hibitione,hoc eſt, inter ſpeciem
noſtræ legis,& illius §.interdum,
cùm hîc petatur editio, contra
eum qui editurus eſt:quod vt in-
humanum, non temere iubetur:
ibi ſola poſtulabatur exhibitio,
nullo fortaſsè damno conuenti.
Poſtquàm igitur hæc ſunt diſſi-
milia,& omnino diuerſa,non eſt
quòd temere ab vno tractatu
ad alium argumentemur, finesq́;
confundamus, omnino diſtin-
ctos: vt ſuprà, in rubri. dilucidè
probauimus.

Aliam exceptionis cauſam Bar
62 to.attulit,vbi quis ex officio † ra-
tiones conſcripſiſſet, cuius, præ-
ter ſuperiora, ſolent varia refer-
ri exempla.

Primum proponitur in argen-
tarijs, & numularijs, quorum
officium publicam cauſam ha-
bet,non quòd magiſtratu aliquo
fungerentur, vt rectiſſimè an-
notauit Romanus, alioquin per
ſeruum Argētariam exercere nō
licuiſſet,ſed publicum erat mini-
ſterium, hoc eſt,cuilibet expoſi-
tū.De quibus,paulò aliter quàm
docti ſoleāt,ſenſiſſe video & Ac-
curſ.& Bart.dum de moneta cu-
denda,aut tractāda, neſcio quid
comminiſcuntur. Præerant ar-
gentarij dandis, & accipiendis
fœneratitijs pecunijs, publicisq́;
auctionibus (vt Seneca ait) quo-
rum principalis opera hæc erat,
vt actus ſui rationes diligenter
conficerent:l.argētarius,in prin.
ff.eod.hanc ob cauſam coguntur
edicto Prætoris edere, ſiue cum
illis ſit controuerſia, ſiue cū alijs.

Numularios quoque non fuit
iniquū hoc edicto concludi: quia
& hi, ſicut argentarij, rationes
conficiunt,pecunias accipiunt,&
erogant per partes,quarum pro-
batio, ſcriptura codicibusq́; eo-
rum maximè cōtinetur, ad quo-
rum fidem frequētiſſimè decur-
ritur:l.quædam, in fin.ff.eodem.
Coguntur † autem hi, ſi duo in- 63
teruenerint,primum ſi petens nō
calumniæ cauſa editionem poſtu
lare iurauerit: l.ſi quis, §.exigi-
tur, ff.eodem, ne fortè ſuperua-
cuas rationes,aut quas habet, ve-
xandi argētarij cauſa petat. Item
ſi probauerint ad ſe pertinere,
hoc eſt, mandato ſuo tractatas
fuiſſe illas rationes:dict.l.ſi quis,
§.pertinere,quo fit,vt mirum ſit,
cur

cur de illis ſpecialiter edixerit Prætor, cùm actione mãdati aduerſus eos ſuccurſum eſſe poterat:niſi dicamus,curæ id ſibi fuiſſe, propter quotidianum vſum, hoc ſpeciali tractatu Prætorem declaraſſe. argumen. l.j.§. dixerit aliquis,de publican.vectigalib.& commiſ.id mihi ſignificare videtur l.quædam, in princip.ff.eod. dum vult actionem in factum ex edicto Prætoris deſcendentẽ nõ pertinere ad tutorem, curatorẽ, negotiorum geſtorem, qui rationes confecerunt:quaſi innuat, eodem quidem modo compelli argentarium,& ſimilem eſſe omnium cauſam(pręterquàm quòd eorum publica, horum ſit priuata)ſed nominatim ea actione conſultum fuiſſe contra argentarios: quæ ſi vera ſunt, ſequitur alienum eſſe exemplum ab hoc, quẽ interpretamur, loco:cùm iure a-
64 ctionis † petatur hæc editio, non autem officio iudicis, vt modò diximus.Id Bartol.ſentiens, officium iudicis dari vult: & licet in l.ſi quis, §.ex hoc edicto,ff.eod. actionis in factum, quæ contra argentarios competit, mentio facta fuerit, tamen id interpretatur,vt locum habeat, quoties arbitrio iudicis,qui iuſſus eſt edere, non obtemperaret. ita Bartol.& Iaſon,in l.ſi priùs, de noui operis nuntiatione,eſtq; communis hæc ſententia,cuius probatio potiſſimùm ſumitur ex eo, quòd verba edicti referantur ad iudicem: ideoq; arbitrio illius totum hoc negotium permiſſum eſſe videatur:iuxta gloſſ.in l.ſi ſoror, infrà, de collationib.indigna profectò ratio, quæ tantos moueret tumultus.gloſſæ etenim opinio, in quibuſdam probabilis, nũquam neceſſaria iudicatur: in hac verò diſputatione ne probabilis quidem, tum quia lege deficitur (vt notatur in l.ſi paſcenda, infrà, de pactis) tum quia ſi planè probata eſſet, ad hunc tamen locum non pertineret:cùm verba edicti poſita, in dicta l.Prætor ait, potiùs ad aduerſarium,quàm ad iudicem referantur: vt vel nos deludi ab his acutis hominibus aſſeuerare audeam, vel nunquam fuiſſe poſita ob oculos verba Prętoris. Præterea non excludunt hęc mandati actionem,quam ex mandato,de quo ſuprà,verba fecimus,naſci,in confeſſo eſſe oportuit.Bartol. ergo teneri ſe vndique animaduertens,quaſdam finxit regulas,quarum præſidio has euaderet difficultates.nam mandati oriri poſſe actionem, cuius ope aduerſarium quis compellat ad editionem,non negat: hoc tamen caſu non poſſe competere

contendit,quòd neceſſarium fuerit mandatum nó voluntarium, illius ratione qui ſuſcepit.addũt & illud plerique,non eſſe gratuitum: merces autẽ ſi interueniat, conſtat mandati actionem ceſſare.de quibus paulò copioſiùs diſputandum eſt,ſiue quòd difficultate non careant, ſiue quòd maximi ſint momenti, & nequaquã contemnẽda. Primùm omnium, gratuitum eſſe oportere mandatum contendũt: originem enim ex officio, atque amicitia trahit. cõtrarium porrò eſt officio, merces:l.j.ff.manda.quod non negamus: mercedis autem cauſa rátiones conficere ſolitos argentarios,licet ſit credibile, non tamẽ probatur.potuerunt etiam remunerari, non læſo mandato, nec præteritis illius finibus.nam non omne ſalarium, mandati actionem impedit,ſed illud duntaxat, de quo ab initio paciſcerentur contrahentes:poſt mãdatum verò ſuſceptum interueniens remuneratio,nihil natę actioni officit:vt idem Barto,explicat in l.j. nume.7.de procuratorib.Poſtremò quoad dandam actionem, nihil officit merces. quãuis enim non competat actio mandati, competet tamen ex locato, & conducto: dict.l.j.ff.mandati,in fin.Secundo loco,nó poſſe actionem dari conſiderat, quòd neceſſariò, non voluntariè ſcribantur rationes ab argentario: quæ neceſſitas omnem cõſenſum tollit,actionemq; oriri impedit.l.nouiſſimè, ff.quod falsò tuto.auto. vbi Bald. & quantumuis volens mandatum ſuſceperit: non tamẽ voluntarium redditur, eo ſolo, quòd cogi poterat. l.at qui natura, §.ſi libero homini,ff.de negotijs geſtis. Abbas in capit.j.de reg. latè Decius, in cap. cùm M.Ferrarienſis, de conſtitutionib. quæ regula à multis probata, nec vera mihi videtur,nec ſatis huic loco conuenit.Primùm,quòd malè probetur, Argẽtarium compelli potuiſſe: & quanuis notarium cogi inſtrumenta conficere Bartol. ſine lege prodiderit in l.j.in fin. furti adue.naut.caupo.& ſtabul. quem ſecutus eſt Hoſtiẽ.in ſumma,de fide inſtrument.§.ex quibus,Bald.in rub.infrà, de fide inſtrument. Felin.in cap. quoniam contra, de probationib.nume.5. Roman.in l.ſi verò, §.de viro,numero 58.ſolut.matrimo.idem tamen obſeruatum fuiſſe in Argentar.neque conſtat, nec vllo modo ab his probatur. Replicat Decius,neceſſitatem intercedere ex parte mandantis. non enim potuit exedicto Prætoris Argentarium compellere, niſi mãdatum inter

inrreuenerit : quo nihil abſurdius, nihil (vt vno verbo dicam) ipſo Decio & eruditiſſimo, & acutiſſimo indignius potuit excogitari. Cur enim eodem non concludemus modo omne mandatum, quoad quid eſſe neceſſarium, quoniam non aliter poteſt mandati actio oriri, quàm ſi mandatum interuenerit? quod tamen non ſolùm falſum, ſed etiam planè ridiculum eſt. Legis verò, atqui natura, longè diſsimilis cauſa eſt. nam non impedirur mandati actio propter neceſsitatem, aut propter coactionẽ, ſed quia deficiebat conſenſus, nec id agebatur, vt ſeruus domino obligaretur: inter quos (ſi opinionem eorum ſequimur) non cadebat obligatio ciuilis: l. ſi id quod dominus, ff. de condictione indebi. datur tamen ex negotiorum geſtorum obligatione actio: quoniam illa re ipſa contrahitur, neque conſenſu eget: l. ait Prætor, §. & ſi furioſi, ff. de negotijs geſtis, l. in negotijs, ff. de regulis iuris. Itaque nulla ex parte ſuſtineri poteſt ſuperior ratiocinatio, ſiue quòd non probetur Argentarium inuitum ſuſcipere mandatum, ſiue quòd non conſtet, propter coactionem impediri actionem mandati: contrarium autem facilè oſtenditur. primùm, ex regula trita, & vulgò probata, qua traditur, Deficiente quidem conſenſu non oriri actionem ex eo quod geritur: propter coactionem verò non impediri: l. ſi mulier, §. ſi coactus, ff. de eo quod metus cauſ. l. ſi patre cogente, de ritu nuptiarum, cano. meritò, xv. quæſtio. j. notatur in l. interpoſitam, infrà, de tranſactionibus: deinde ex l. ſi procuratorem, §. ſi tutores, ff. mandati. item ex l. j. §. ſi veſtimenta, ff. nau. caupo. ſtab. iuncta l. j. §. fi. furt. aduerſus naut. caupones, ſtabu. Reſpondet Curtius, non fuiſſe coactum nautam, cauponem, ſtabularium recipere in caſu dict. §. ſi veſtimenta. nam gratis id faciebant, ad quod non poſſunr cogi. verùm nihil agit Curtius, cùm etiam mercede interueniẽte, coactio non impediat oriri actionem ex eo contractu, qui celebrabatur. his accedat, quòd nemo intelligi poſsit inuitus id facere, aut coactus, cui ſe vltrò adſtrinxit: l. ſi voluntate tua, infrà, de reſcinden. venditio. at Argentariam menſam ab initio exercere nemo, quod ſciam, compellebatur: quare de coactione nõ poteſt diſputari. Veriſsimam igitur Alexandri ſententiam iudico, exiſtimantis contra communem Argentarium, †actione manda- 65

ti, ſi mandatum præceſſerit, & actione in factum compelli, non officio iudicis: quod vt extraordinarium repellitur: Bartol.in l. in prouinciali, ff. de operis noui nunciatio.gloſſ.in l.j.§. per hanc, de rei vendic.quam ſententiam approbat gloſſa, in l.iij.§. ſciendum, in verbo, conſcripſerit, ff. ad exhibendum: neque vitari poteſt citra calumniam l. ſi quis, §. ex hoc edicto, ff.eod. coniuncta dicta l.quædam, in princip. vbi confertur actio in factum, quæ datur contra Argentarium, cum actione mandati, & tutelæ, & pro ſocio, ita vt non minùs prouiſum videatur actione in factũ, quoties ab Argentario poſtulatur editio, quàm reliquis actionibus, ſi cum cęteris agatur. Conſtat autem actione deſcendente ex contractu priùs inito teneri tutores, & reliquos, ſiue non confecerint rationes, ſiue malitioſè, ſiue exhibere noluerint: l.prima, §.officio, ff.de tutel.& rationib. diſtrahend. Eodem igitur modo experiri licebit vel ex eo edicto, vel generali actione mandati: præſertim cùm nouum & inauditum ſit, quod principale eſt iudici permitti, reliquum verò actionis viribus includi: vt Barto. putat. &, vt nihil omittatur, quæ differentia fingi poteſt inter edictum, quod de Argentarijs conſcriptum eſt, & illud quod eſt de tabulis exhibendis? quæ ſi nulla eſt, cur quemadmodum non peti tabularum exhibitionem, quoties in vltimis ſumus voluntatibus, iudicis officio affirmant omnes vno ore, ita & rationes ab Argentarijs poſtulari concedunt, maximè cùm proditum ſit, ex omnibus edictis Prætorum, actionem in factum competere? §.fin. inſtitu.de inter.l.fin.in prin.ff.de eo per quem fact.erit. Prætereà ſi rationũ petitur editio, ab Argentarijs, quaſi propriorum inſtrumentorum: l.Prætor ait, in princip.ff.eodem. propria autem inſtrumenta, hoc eſt, in charta noſtra deſcripta, aut redempta noſtra pecunia, à notario actione petantur, non officio iudicis: l.iij. §.interdum, ff.ad exhiben. ſequitur neceſſariò aut veram non eſſe eam ſimilitudinem, quæ fit duntaxat in petitione, aut falſum eſſe quod ab omnibus ferè traditur: quo vno verbo reijci poteſt noſter textus, in quo huius opinionis ſita eſt anchora: ita vt illius generalitas, ad Argentarios peruenire non poſſit. hîc enim petitur ab aduerſario rationum alienarum editio: ab Argentario verò quaſi propriarum. Itaque illa expeditur officio iudicis,

cis,hæc verò iure actionis: cui cō ſequens eſt, officium iudicis locum habere,quoties præter communes regulas,& edicti verba petitur editio:vt quia ſecundò petatur, aut eam poſtulet argentarius ab altero, qui alijs edere ſolet:dicta lege,ſi quis ex argentarijs, §.Prætor ait,ff.eodem.Poſtremò ſi ſuis decretis ſtare velit Bartolus,inuitus fatebitur, quod abſurdiſſimum ſemper putaui. vult enim ille,in d.§.prætereà, ſolo iuramento probari amiſſionē, quoties quis iudicis officio tenetur: quòd ſi argentarius nullo obligationis vinculo aſtrictus eſt, iurans rationes ſe amiſiſſe liberabitur ab exhibendi neceſſitate,contra l.creditor,infrà, de pignorat. actio.

Secundum exemplum ſuperioris cauſæ proponitur in bancarijs campſoribus quos vulgò dicimus, & generaliter in omnibus negotiatoribus, qui actus
66 † ſui diligenter rationes conficiunt ex conſuetudine. mandatum enim eis videtur, cuius occaſione compellentur edere his, cum quibus contraxerunt, ſiue publicum eorum ſit officium ſiue priuatum,nec vlla neceſſitas conſideratur,vt voluit Bartol. cuius opinio licet communis, & vulgò recepta ſit, magnam tamen præ ſe fert leuitatem:quam obiter, & præter propoſitum annotaſſe nō inutile fuerit. vult enim mandati actione non cogi edere,ſed officio iudicis, eos qui ratione officij publici ex quadam neceſſitate mandatum ſuſceperunt:aliàs verò teneri actione ex contractu priùs inito deſcendente: at dū de iſtis mercatoribus verba facit, & qui artem aliquam exercent nulla habita ratione neceſſarij officij,aut voluntarij,ſolo officio iudicis teneri ait: qui inter ſe quàm rectè conueniant,iudicabunt hi, quibus oraculi inſtar eſt Bartol. Infinita ſunt de eo genere in cōmētarijs Bar.& Bald. quibus perſequendis nulla charta ſufficeret. Bar.ergo,vt ſuam opinionē probet, affert l.vel vniuerſorū, ff.de pign.act.l.Titianus,ff.quod cum eo.idem probat Bart.in l.quædā, §.numularios,ff.eod. ad eandem pertinet ſententiam quod à Bal. notatur in l.fin.infrà, de fideiuſſ. In hac autem prorogatione imitari ſe dicunt Iuriſconſultum, in dict.§.numularios.vt enim ille edictum Prætoris de argentarijs ſcriptum extēdit ad numularios, ita quod de numularijs dicitur rectè ad hos negotiatores prorogari putant, maximè cùm prorſus eadem ſit ratio,omnéſque cauſæ enumeratæ in l.argētaris,in prin

ff.eod.in his locum habeant:quibus & illud accedit, quòd ex æquitate hæc fiat editio:lege,Prætor ait, in princi.quæ non déficit in his, quos enumerauimus. iniquum etenim eſſet,in fraudẽ,aut captionem aliquam, probationũ inopia incidere eos, qui illorũ fidẽ ſecuti ſunt,vt vulgò fit.ob has ſimileſq; cauſas maior pars interpretum Bart.aſſentitur,teſte Zabarell.in Cle.j.de vſu.Aretino,& Decio in d.c.j.Socino,Cur. Purp. Alciat.hoc loco, nec quiſquã repugnat, quoties mandatũ interceſſiſſe certum eſſet:alioquin ceſſare editionẽ non pauci ſibi perſuadent, quorum caput eſt Bald. conſiderant hi non cogi argentarios,niſi mandatum ſit:quare neque hi cogendi erũt.quòd ſi mãdatum interueniſſe cõcedant,fatebuntur facilè neque propter cõſuetudinem, neque quòd ſit publicum eorum officiũ,neque propter ſimilitudinẽ miniſterij, ſed vi actionis cõpelli:quod in omnibus ordinarium eſt, ſiue artem aliquam exerceant, ſiue libros conficiant, aut talis ſit conſuetudo,ſiue nihil huiuſmodi interuenerit:dicta lege, quędam.Mirabitur hîc aliquis, cur ſpeciali tractatu dignos putauerit Prætor hos
67 Argentarios, † poſtquàm mandati ratione ad hanc editionem cogi poterant. Alexan. vt aliquis effectus eſſet edicti Prætoris, illius duo capita finxit: quorum altero carere non poteramus:alterum verò non adeò neceſſarium ſit.nam ſi inter extraneos aliquid contrahatur, aut geratur, eique rei tabulæ Argentarij adhiberentur,mandatum neceſſarium erat: quatenus verò cum ipſo expediẽdum quid eſſet, ſiue mandatum adeſſet,ſiue deeſſet, edicto Prætoris edere cogebatur propter vtilitatem legis,Prætor, in principio, ff. eodem: vbi ſolum intereſſe conſideratur: quæ interpretatio ſuſtineri poſſet, niſi diſiungerentur loca coniunctiſſima, & quæ idem caput habent.nam §.pertinere, lege,ſi quis ex Argentarijs,refertur ad interpretationem legis, Prætor ait:vt locus vnus, alteri quod deeſt facilè ſuppleat. Ergo vbique neceſſarium eſt mandatũ, nec vllam cauſam habet illud edictum, præter eam quam anteà retuli. Quod verò de conſuetudine affertur, prorſus ratione caret: nec id refellemus: vt ſolent qui vel conſuetudinem negant, vel eorum fauore introductam affirmant, neque eorum in odium eſſe retorquẽdam vulg.l.quod fauore. videntur enim mihi hi cum Bartol. colludere, nobiſque perſuadere velle

velle,aliquid eſſe quod nihil eſt: ſeu potiùs his,quę iugulum iſtius diſputationis ſtatim petant.Man
68 datum,† inquit Bartol. propter cõſuetudinem prçſumitur. Non potuit rem maximi momẽti vel magis ambiguè, vel obſcurè explicare. Nanque iuſtiſſimè,vt opinor,dubitamus,num conſuetudo hæc ſit,vt omnes qui cum negotiatoribus contrahant, mandent, vt in codices rationum id referant:de qua nunquam cogitaſſe perſpicuum fieri poteſt ex legibus quas allegat,ſed ea tãtùm ſenſiſſe,quæ apud omnes gentes inualuit, vt quiſque actus ſui, & negotiationis conficiat rationes: ex qua quid ſequi poſſit, quiſque facilè iudicabit, quid enim hæc commune habent? omnes, codices rationum conſcribunt: ergo mandatum videtur,quaſi verò non æquè legitimè potuiſſet inferre, non videri mandatum. Fateor itaque vim hanc eſſe conſuetudinis, vt mandatũ c. interpretetur, extendat, limitet: dicta lege, vel vniuerſorum.Cæterùm quod nullum eſt,induci nuſquam legi. nolo prætermittere quod rectiſſimè à multis dictum eſt, non defuiſſe qui olim rationes conſcriberent,nec tamen paſſim edere compellerẽtur: de qua re plura dicerem, niſi erubeſcerem,nulla de cauſa, quæ à multis & prodita,& non ſemel repetita fuerunt, tranſcribere.impræſentiarum illud vnum adnotaſſe ſufficiat, exemplum hoc non aliter ab interpretibus natum, quàm Minerua ſit de Iouis capite: caret enim lege. Tertium exemplũ pertinet ad notarios,quorum† v 69
ſum veteribus ignotum fuiſſe falſò credidit Iaſon, in lege, Prætor ait,in principio, ff. eodem. nanque hi ſerui publici, diuerſo quidem nomine, ſed effectu eodem vocabantur:lege ij. iuncta gloſſa ff.rem pupilli ſaluam fore, lege, non aliter de adoptio. Serui etiã ciuitatis,aut Perſonæ publicæ nũcupabantur: lege vltima, quod cuiuſque vniuerſi: nos Tabelliones appellamus: lege generali, infrà, de tabul.libro decimo, interdum etiam Notarios,quos veteres Exceptores nominabãt.notis enim acta Præſidum excipiebant:lege inter eos, ff.ex quibus cauſis maior. Cùm igitur hos in partem officij numulariorum, & argentariorum ſucceſſiſſe ſibi perſuaſiſſent (quod ad eorum fidem,publicè recurri viderent)illis edictum Prætoris accommodarunt:& quæ conficerent inſtrumenta, exhibere petentibus voluerunt, ſiue valida, ſiue inualida,atque ſine effectu reperian-

tur:Bart.in lege ſecunda, quemadmodum teſtamenta aperiant. latè id probat Decius in capitulo pri.numero quadrageſimoſexto,de prob.modò & pretium offeratur(l.tam demētis, à ſpeciali, de epiſc.aud.)& mandatum præceſſerit omnes in d.l.Prætor.non enim ſatis eſſe putat Ang.in l.quędam,alicuius intereſſe,niſi rogatus ab eo fuerit Notarius exēplo Argentarij. mandatum autem præſumetur, & probabitur, ſiue Notarius ita aſſeueret.Ang. in repeti.l.ſciendum,ff.de verb.oblig. ſiue præſentibus his, quorum intereſt, inſtrumentum cōfecerit: Alexand.in d.l.ſciendum, nu.42 ſiue etiam dubitetur, mandatum interuenerit, nécne, & petentis interſit præſumetur enim mandatum:Baldus in hoc loco argument.gloſſa in authentic. de tabell.§.nos autem,verſicul. iniungantur: quod in argentario & mercatore receptū eſt ab omnibus: licet idem Baldus in lege ſecunda, infrà, ſi ex falſis inſtru. in lege prima, de rebus alienis non alien.Alexander in dicta lege,ſciēdum,nu.20.& paſſim reliqui omnes nunquā mandatū prę ſumi voluerint.vtraque certè ſententia receptiſſima eſt: licet alteram falſam eſſe oporteat. nam quum de ſolennitate extrinſeca, & intrinſeca agunt,in dicta lege, ſciendum, mandatum non pręſumi aſſeuerāt:& eam communem teſtatur Alexander in dicta l.ſciēdum,nume. 43. idem tamen volunt in argentarijs, eorumque exemplo in mercatoribus & notarijs,præſumi mandatum,ſi allegetur. nam promiſcuè de his agere ſolent.Id euenire ſolet,quoties legem deſerunt, ſuiſque duntaxat opinionibus innituntur interpretes: tunc nutantes licet eos videre,& modò approbātes quod paulò ante reprobauerant. veriſimilius autem mihi fit commentitiū eſſe, quicquid de præſumendo mandato dicitur.

Porrò ſi quis hanc communem opinionem (qua mandatum neceſſarium creditur, priuſquam notarius edere compellatur, vt nō ſufficiat petentis intereſſe)impugnare vellet, nullo negotio id poſſet. nihil enim vetat quò minùs ad omnia inſtrumēta † extendamus quod de tabulis teſtamenti dicitur in l.j.quemad. teſt.ape. vt quemadmodum omnibus,qui legere aut deſcribere volūt tabulas teſtamenti, legendi & deſcribendi facit Prætor copiam,ita in reliquis inſtrumentis fiat. nec mihi vnquam placuit eorum ſententia,quamuis ab omnibus probata,qui vnum teſtatoris iuſſum illis

lis omnibus ſufficere aiũt,quibus quid teſtamento relictum eſt, tũ quia non his ſolùm teſtamentum exhibetur, ſed cæteris omnibus quorũ intereſt: veluti præteritis, & exhæredatis.Bald.in l.ſi quis affirmauerit,ff.de dol.tũ quia nihil à reliquis inſtrumẽtis differre teſtamentum ſatis oſtenditur in l. ij.cod.tit. tota vis in eo conſiſtit, vt ratio aliqua inueniatur, cur aliud in his,quàm in argẽtarijs recipiatur. hanc Alciatus & prodidit,& ſecutus eſt,quaſi aliud agẽs (nam quãtùm ad præſens attinet negotiũ,ne latum quidẽ vnguem à cõmuni diſcedit ſentẽtia)quòd rationes fidẽ non faciãt inter eos, quorũ mandato non ſunt confectæ: vt voluit Im.in l.nuda ratio, ff.de do.ac conſequẽter nihil interſit petẽtis:at inſtrumẽta,rei geſtæ certiſſimũ pręſtãt teſtimoniũ inter quaſcunq; perſonas: Bal. in l.ſi qua per calumniam,in fin.ſuprà,de epiſc.& cle.Bart.& reliqui omnes in l.proxima: idem in l.j. infrà,de eman.lib.gloſſ.in lege ſecunda, in verbo,publica, quẽadmodum teſtam.aper.glo.in l.ſed & ſi poſſeſſori, §.fi.de iure iuran. Quę certè cauſa mihi incertiſſima videtur,cùm conſtet argentariorum codices inter quoſcunq; non minus ad probandam rem geſtã(omiſſo effectu)fidei habuiſſe,quàm notariorum inſtrumenta.Hãc itaq; differentiã eſſe exiſtimo,ꝙ argẽtarij & ſuo & aliorum nomine rationes ſcriberent,& tã ea quę ad ſe pertinerẽt,quàm quę ad extraneos,in tabulas referrẽt: denique quòd hę proprię ſcribentium argentariorũ eſſent.at nihil huiuſmodi in notarios cadit, qui nõ de ſuis,ſed de alienis rebus inſtrumenta conficiunt: l. diuus,ff. de falſis,l.j. de his qui ſibi adſcribunt.confecta autẽ non priuata, vt argentariorũ rationes, ſed publica intelligũtur:d.l.ij. quemad. teſt.ape.Mirum ergo nemini eſſe debet,ſi longè faciliùs notarij cõpellãtur edere ſine mãdato, cùm nihil damni patiãtur,modo ſalariũ habeant,quàm argẽtarij, quorũ intererat, omnibus paſſim nõ detegi facultates ſuas.Hęc ſi vera ſunt,nihil cum Decio diſputandũ erit,an ratihabitio tantùm poſſit, quantùm mãdatũ pręcedẽs,poſtquã mandatũ nihil cõſideramus. Aliam cauſam attulerũt interpretes ex l.j.§.edẽda,ff.eo.ex qua,reus actori edit inſtrumẽta,quibus vſurus eſt:vt declarauimus in rub. ideoq; plura nõ ſunt inculcãda:illud tamẽ vnũ prætermittere nolo,ꝙ huius editionis maximus fructus percipiatur, ne quis exiſtimet eam actori inutilem eſſe: nam vbi primùm illis vſurum ſe

profitetur aduerſarius, communia eſſe incipiunt, quantùm attinet ad probationem : nec pro producente ſolùm fidem faciẽt, ſed etiam contra eum plenam probationem inducent:lege Publia, §.finali,ff. depoſ.nam aut totam approbare,aut totam reprobare tenetur:lege, quum quæritur, ff. de adminiſtratione tutorum, lege,Caius, ff.de vſuris,lege,ſi quis teſtibus,infrà, de teſta. gloſſa in lege prima, §. diem, ff. eodem, in capitulo,quum olim, extrà, de cenſi. Matthæ.ſingula. 89. nota mirabilem : Bartolus in lege,quædam, §.numularios, ff. eod.Alex.conſ.ij.ex narratis,vol. iiij.notatur in lege,ſi quidem,infrà, de fideicommiſſ. & in capitulo, bonę, in ſecun.de poſt.præ. capitulo,quum veniſſent, de inſtit.Ancha.in Clem.j. §.cęterùm, de vſu.Roma.in l.nuda ratio, ff. de don.Felin.in c.ij.nu.25.de fide inſtrumentorum. Corneus conſil.cxlv. primò vidẽdum eſt, vol. iij.nu.5.Barto.in l.Aurelius, §.idẽ quęſijt,ff.de lib.leg.facit l.in cauſę,de proc.l.etiam, §.ex cauſa, de min.Cuma.conſi.cxxxvj.viſis inſtrumẽtis.Simile eſt quod vulgò dicitur confeſſionẽ ſcindi nõ poſſe:quę ſentẽtia nullã recipit controuerſiam,quoties caput quo vtitur producẽs,ei capiti coniũctũ eſſet,atq; cõnexum:quod cauſam illius adiuuat contra quẽ producitur, ſiue ſcriptura ſit manu notarij,ſiue extranei, ſiue manu illius cõſcripta,in quẽ producitur: coniũcta autẽ quę ſint capita † 72 eiuſdẽ ſcripturę Bar.explicat in d. l.Aurelius, §.idẽ quęſijt,de liber. lega. cuius exemplum propoſuit in ea ſcriptura,qua Titius decem Sempronio promiſiſſet, & conueniſſet incontinenti,vt viciſſim Sẽpronius aliquid faceret.idem tamẽ Bar.eo. & loco & pagina ſibi ipſi diſſentiẽs,facit,vt parùm hęc illi explorata fuiſſe mihi perſuadeã.nam ſi in propoſito exemplo ſecundũ pactum,velit Bar.aut cõditionem,aut modũ adijcere, nõ tã coniuncta capitula erũt,quàm vnũ idémq; capút:ſi verò vtrunq; per ſe ſtat, nec quicquã poſterius ſuperiori adijcit,vicinitas tẽporis nõ efficiet quòminùs diuerſa ſint capita.Itaq; non ſat cõmodè explicatũ eſt quod quęrimus.video prætereà eundẽ Bart.in l. iij. §.filius,de lib.& poſt. ſtatuiſſe plures inſtitutiones diuerſos reſpiciẽtes hæredes eiuſdem gradus, vnum conſtituere teſtamenti capitulum: vnaquæque tamẽ per ſe ſtat inſtitutio. Horum ergo alterum verum eſt: vel nõ poſſe in vniuerſum hoc negotiũ definiri, vel alicubi Bartolum dormitaſſe in his

his regulis mutuò pugnantibus tradendis: Felinus in d.c.ij.numero vigeſimo, coniuncta ea appellat, quæ cõmodè non poſſunt ſeparari : cuius exemplum propoſuit Iaſon in repetition.legis,admonendi,numero centeſimo vigeſimo nono, ſi tranſactum dicatur, ita vt aliquid daretur,aut retineretur. nam qui trãſactionem approbaſſet, quod dandum eſt, non poſſet retinere : cùm illud caput trañſactioni cohæreat. idẽ dicemus,ſi hoc pretio illam rem venditam eſſe conſcriptum ſit: verùm cùm hæc nulla probẽtur lege,non poſſunt non incertiſſima iudicari. Hactenus de coniũctis capitulis ex communi ſententia diximus.Quòd ſi diuerſa ſint

73 capita † quæ per ſe poſſint ſubſiſtere,crebriùs receptum eſt, nihil impedire, quò minùs pro parte reprobetur eadem ſcriptura:id vt meliùs intelligatur,pauci ſunt diſtinguẽdi caſus. primus eſt, quoties ſcriptura illius eſſet conſcripta manu contra quem producitur:tūncq; communis hęc eſſe videtur ſententia;teſte Iaſone in d. repe.l.admonendi, numero 129. verſ.quid tenendũ: vt pro parte repudiari , pro parte approbari poſſit:Rom.con.cccxlvj.in cauſa. huic opinioni ex diametro,quod aiunt,repugnat l.Publia, §.fi.depoſiti:vbi cõtra ſcribentem proferebatur epiſtola,diuerſa continens capita prorſus ſeparata: nec tamẽ magis cõtra ſcribẽtẽ, quàm pro eo fidem facit:idq; totum iudicis arbitrio permittitur: nec vllam cauſam cõminiſci poſſumus, cur aliud de epiſtola, quàm de rationibus,& omni priuata ſcriptura,probare debeamus. Alter caſus eſt, ſi ſcriptura ſit extranei, quæ producitur:hicq; duplex caput habet.primum pertinet ad ea documẽta,quę publicam fidẽ merentur:& certũ eſt,pro parte non poſſe approbari,pro parte reprobari:c.quum olim: & ibi notatur de cenſ.cum ea tamen exceptione quam infrà ſubijciemus. Secũdũ ſi à priuato confecta illa fuerit,putatque Caſtr.in d.l. Publia, §.penultimo, idem admittẽdum eſſe quod caſu proximo,atq;indiſtinctè probare aut pro neutro, aut pro vtroque:quod & mihi veriſſimum videtur, argumẽto teſtis,quem ſemel probatum,reprobari non poſſe,niſi ex noua cauſa certiſſimi iuris eſt: l ſi quis teſtibus,infrà,de teſt: Diſtinctio ergo omnis propoſita à Bartolo in dicto §.idem reſpondit, reſtringetur ad ſcripturam manu illius confectã, contra quẽ profertur. nã ſi extranei fuerit,miſſam faciemus differentiam coniunctorum

& diſiunctorum capitulorum: quam Iuriſconſulti maluerũt iudicis arbitrio permittere, quàm regulis definire, vt ſuprà diximus: & hîc diſertè affirmat tum Salicetus in fine, tum Decius nume. quinto, hæc adeò vera ſunt, vt atteſtatio producẽtis, inquan tùm ſuam adiuuat cauſam: non quatenus officit, nihil omnino proſit, omiſſa diſtinctione, quæ traditur à Caſtr. in dicta lege Publia, vt voluit Baldus in lege prima, infrà, vt quæ deſ. aduo. part. iudex ſuppl. ſecũtus Innocent. in dicto capitulo, quum olim, Albe ric. in lege prima, §. editiones, ff. eod. cuius cauſam haud obſcurã exiſtimo. nam proteſtatio, quę ad declarandam voluntatem noſtrã ambiguã inuẽta eſt, vires roburq́; non habet in his quę in voluntate noſtra non ſunt poſita: l. at ſi quis, de religioſ. & ſumpt. fune. omnes interpretes poſt Bartolum in l. non ſolùm, §. morte, de noui oper. nuntiatio. at probatio, quæ ex his ſcripturis productis ſumitur, à iure, & arbitrio iudicis dependet: dicta lege, Publia. parum abfuit, quin exceptionem traditam à Bartolo in dicto §. idem quæſijt, ad ſuperiora omnia pertinentem prætermiſerim. Sciendum itaque eſt in omnibus ſuperioribus caſibus licere reprobare partem ſcripturæ † approbatæ, 74 quoties reprobationis offerretur ꝓbatio: cuius exemplũ petendũ eſt à d. §. idem quæſijt. Poſtremò, vt ad hanc cauſam redeamus, à qua ſpontè aberrauimus, admonendi ſumus, non videri illam noſtro reſponſo cõuenire, cùm hîc poſtuletur editio inſtrumentorum, quibus vſurus nõ eſt aduerſarius, ſecus ex §. edenda.

Exceptio alia prodita eſt ab Alexandro in lege finali, infrà, eodem, Si actor † aduerſarij ra- 75 tionibus non intentionem fundare & inde originem probationis ſumere, ſed probatam aliquo modo corroborare vellet, & confirmare. nam creditur vulgò longè faciliùs aliquid confirmari, quàm de nouo induci: lege ſi donatæ, §. ſi ſponſus, de donation. inter vir. & vxorem. multis modis confirmatur hęc regula à Decio, in d. c. j. nu. 33. vbi communẽ hanc eſſe opinionem teſtatur: cuius exẽpla multa referri poſſunt. Primum, vbi nũmos fuiſſe depoſitos appareret, quantitas tamen ignoraretur. Secũdũ ſi de finibus fundi ambigatur, fundũ tamen deberi conſtet: vt Bald. voluit in d. l. fi. licet vix mihi de fundo conſtare poſſe videatur, cuius fines ignoti ſunt, propter ea quæ notant

tant

tant interpretes, in l.generaliter, l.ſi domus,ff.de legat.j.Tertium, ſi de qualitate nummorum dubitetur.Quartum, in eo qui literas aduerſarij proferret,& ad earum collationem illius exhiberi ſcripturam poſtularet.Quintũ, vbicunque actor ſemiplenè probaſſet:Alex.in dicta l.fin.poſt Guil. de Cun.in l.edita, quanuis contraria ſententia longè ſit receptior,teſte Alcia.hoc loco, quantùm attinet ad hoc poſtremum exemplum. his autem ne temere aſſentiamur, non pigebit probationes & exigere,& excutere.Primò igitur vulgò allegatur l.prædijs, §.Titio,de legat.iij.vbi conſiderandum eſt,non inuitum ſeũ hęredẽ teſtatoris,ſed potiùs ſpontè,exhibuiſſe: deinde ad probandam ſuam exceptionem , cùm negaret Gabiniana, Seianorum appellatione contineri, non ad intentionem actoris adiuuandã. Secundò,id tẽtatur,ex l.qui concubinam, §.cùm ita, de legat.iij. quo loco.C.de exhibitione rationum,nihil agit:licet dicat, tantã pecuniam ad teſtatorem ex hæreditate Titij perueniſſe videri,& legato cedere, quantam in ſuas rationes retulerit.idcirco autem exhibendæ ſint rationes, nécne, nullum prorſus verbũ.neq; colligi id neceſſariò arbitror: cùm ſciam per teſtes non minùs rectè probari poſſe quod rationibus continetur, aut quod ex hæreditate peruenerit, quàm per ipſum codicem:& vt latiorem diſputandi apperiamus campum, quantunuis verum id eſſe conceſſerimus,quod illi probant:non tamẽ ſequitur, id rectè ad reliquas extendi cauſas. Quare ſciendũ eſt,
teſtamentorum † fauore indu- 76
ctum eſſe, vt obſcura, dubia, incerta voluntas coniecturis declaretur, & certa reddatur, & ad effectum perducatur: l. quidam in teſtamento, de leg.ij.l.Stichus liber eſto, de legat.iij.l.ſi cui annuum,de ann.legat.nec huic declarationi reſiſtere poteſt hæres, cuius intereſt. cùm tamen debitori in cõtractibus id paſſim permittatur,l.quicquid adſtringendę,de verborum obligationibus. vbi omnes.vt mirum non ſit, ſi hæres compellatur in propoſito themate edere rationes non adiuuandę intentionis actoris cauſa,ſed ad declarandam voluntatem teſtatoris.Decius in re incerta, incertiſſima vti probatione poteſt intelligi. Si (inquit) ſuperioribus caſibus modò enumeratis, iuramento in litem ſupplere poteſt actor quod deeſt probationi vt voluit Rainerius, de Forli.in l.j.de in litem iurando,

